mutatio hac dextera Excelsi fuit, qvojam alias sapè per ejusmodi pietatis Exercitia grandia in mortalium animis prodigia est operata. Instituta adhac Sodalitas è Sanctissimi Rosarij, et Romanis hoc anno immunitatibus, et indulgentijs munita, qua multos jam, etiam Nobilitate sanguinis illustres clientes sub labaro munerat, qvorum liberalitate pelegans brevi ara Magnae Matri consurexit. Confluxit ad hanc statis temporibus per hebdomada frequens undiqs populus, et ante eandem prostratq Marianas Laudes precatorijs in globulis alta voce depromit. Hanc erga Dnam Virginem pietate ut porro alerent, aefovercent, Missionarij singulis prope Solemnitatibus, quibus Deipara memoria recolit Ecclesia, diebus assumpto uno, aut sapè duobus sociis rursus ad Szenczinenses evolarunt, ubi poenitentiae multitudini ut satisfacerent, omnibus in multâ nocte, et ante-lucanis quoqs horis pro Sacro tribunali vigilandum erat, aedemq in ipsis Titularibq Sodalitatis ilthus Solemnijs sex omnino capitum millia censebantq, qua et publica commodantq supplicatione, et dicente ex superiori loco avidissimibq excipiebant.

Vix Vernj Jejunij dies ad finem decurrerant, cum medios inter plausq Schola stica iterum Eremidem tantisper posuere, citatoqs cursu in Vineam Domini conten derunt Patres, Sarvarinum celebre in trans-Danubiana regione Comitatus Castri-Fenei oppidum pro Paschalibus Feriis, pro Pentecostalibus Puttam frequens pantur, et in insula Salókőcz situm oppidum, et jurisbus Archi-Episcopi Strigonijensis obnoxium designarunt. Fama ubiqs praecurrit, et ingentem adeò de Patrum adventu in omnium animis exspectationem concitavit, ut multitudo sedibus suis effusa, procedentibus Apostolis obvia ultro venerit, pars comiter salutare accedentes, pars sublatis in Coelum manibq gratias Superis agere, suamqs felicitatem mirari, alij sedibus cora advolvi, Patrumqs manus et vestigia deosculari, hospitium quoqs, victum et commoda liberaliter offerre alij, at nihil ejusmodi officiorum Religiosa admisit modestia. In locum igitur ubi ventum erat, decumano labori continuo se accinxerunt, pijsqs pro more superiorum annorum meditationibus 5. diebus integris excoluerunt numerosissimum utrobiqs populum, reliquum quatriduum colligendis fructibus è impensum. Sarvarini ipse Rectissimus Loci Curio cum longè maxima Nobilium utriusqs sexûs Corona constans auditor intra confertissimam plebem consistere non dubitavit, et sua per omnes animi sinus sese diffundentis Solatij gaudia identidem significabat, quin etiam primo Paschatis die sustinuit ipse populo è Cathedra sata ediscere, omnibus posthac Dominicis, Festisqs diebus Corollam Beatae Virginis se precante recitandam esse, in perpetuum, utajecbat, Marianae pietatis, et debita Patribus Missionarijs gratitudinis monimentum. Permani quoqs illuc ex tota late vicinia Missionis strepitu excitati confluxerant, et licet plerimi Hungarica idioma minimè nossent, aderant tamen et aderant constanter, magnoqs doloris sensu percutientes pectora sua domum revertebantq; semel horum precibus, et lacrymis permotus è Patribus unus aliquis dictionem ad eos Germanicâ habuit, incredibili penè eorundem Solatio, et fructu. Nobilium quisquis proposita de duobus vexillis meditatione captus, cum maximo animi Solatio Optimatem eum enarravit, additoqs, se rem ita, uti audierat, exprimere non posse, nec dubitare, quin per os horum Patrum Spiritus Sanctus loqueretq. Inde verò Comaromienses, civium etiam Primores audito Missionis strepitu turmatim advolarunt, et piarum meditationum usu nondum satiari, ad sese Patres multis precibus invitabant, ut et ipsi excolerentq amplius, et alij quoqs, qui domesticis curis affixi tenebantq, Coelesti hoc fabulo fraterentq, adeò sancto hoc Exercitationis genere delectabantq. Livia verò vetus sacrarum inquisitor quidam oppidanos ultima exercitiorum die ad agrestes cum familia labores exierat, contigit, ut incendium regente exortum illius corripueret, exureretqs penitus, quo visso nemo non ex turba longè maxima discordia hanc pravam à Deo immissam esse existimabat, maximè cum flamma damnum quoddam nihil oppido mali alunde contra hanc pestem munito intulerint. Praeter solitos Patrum labores illud quoqs peculiare hac statio habuit quod precibus atrio sacra Tertio cuique Sacerdoti, quorum duos ex Collegio secum adduxerant, commissa fuerit: et ne quid in sacrarum commentationum fervore petulantes interturbarent, aliud illis à

Anglo sejunctũ, quo cogerentz, sacellũ fuit assignatũ, ubi praeter alia pietatis Exercitia primis fidei elementis quotidie semel, atq; iterũ imbuebantz, munusculis in eos liberaliter sparsis, qui docciliores se ceteris praebuerunt. Quantus verò utinq; laborũ extiterit fructus, pauciſ infra subjicia, Plurima enim Patres modesto silentio, ac singulari Sacramento obtegunt, illic ut ajunt, aperta omnibus futura, cum malè, rectè q; facta supremi aliquando Judex ex aequo discussurus sit. Magnos porro exstitisse ex inexhausti prorsus diu noctúq; aures fatigantiũ numero confitio, in quibus audiendis totis essent postremis diebus, adjutoresq; insuper in priori statione una ex Soprony. Collegio, in altera ex Tyrnaviensi duos haberent, qui una operâ pariter sua ibi, ac illuc conferebant, fieri tamen debuit, ut multi triduũ, quatriduũq; aestimantes Collecti commivio non adhiberentz, eò, quod suos ad officiũ Schola revocarent Professores, ut ideò Punctensis oppidi Primores PP. Franciscanos Comaromio evocandos curarint, qui tanta messis reliquias in horrea Domini colligerent. Ut verò discessũ verabant Patres, fletus undiq; et ejulatus, nec erat ex omnibus unus aliquis, qui non benè sibi ab ipsdem precari intimis precibus efflagitaret; quin ultra Javarinũ progressi aliqui via benè longa inter mille gratiarũ actiones abeuntes comitabantz. Ad Puttenses verò cũ ipsdem ferè verbis, quibus Paulus Mileto discedens, extremã habuisset oratione, populus unà omnis multas inter dolentis, gratiq; enimi Significationes ad navem eos quoq; deduxit, nec ex adverso littore divelli poterat ante, quã Patres eorũ se conspectui subduxerent. Et accidit, ut jam longiũ progressi obvium haberent Piscatorem aliquod Tyrnavia reduce Puttam citatis equis adproperabat, is Patres ut redeuntes conspexit, nondũ se Sacramento Poenitentiæ expiatũ esse dolenter inclamat, cũ verò morem illi gerere integrũ non esset, maximis magnitudine conticuit, et diu recedentes à se lacrymantibus oculis è prosecutus.

Sub Autumni initiũ, dũ alij festũ Studiorũ contentione animũ Albanerianis deliciis recrearent, nostri Academici Missionarij duobus assumptis Sociis, Pesp̃echinũ se conferebant Apostolico operi denuo manus admoventes, q; omnino auditorũ millia ipsdem S. Parentis Exercitijs illic excoluerunt, eo successu, ut cũ ad excipiendas erratorũ confessiones curas transferrent, vix una, aut altera hora exhaustas laboribus vires nocturna quiete reficere licuit. Postrema verò Statione, ubi constantiã in benè captis à pio Numine precati omnibus fuissent, Nobiles etiã uni ad pedes eorũ provoluti gratias inter lacrymas melioris vitæ Magistris regenderunt amplissimas, et per longissimũ itineris spatiũ eosdem deduxerunt. Hi tam deumani, totq; in locis exhausti labores illuc demiq; evaserunt, ut Orthodoxorũ animi in vera fide, morúmq; et vitæ integritate tuenda confirmarentz, ut templũ, Sacramq; Synaxim frequentare, omnibus specimen, et documenta Christiana virtutis praebere non erubescerent; Heterodoxi verò, si qui aliunde ad Patrũ Sermones advenerant (nam Catholicis duntaxat in locis Missiones hoc anno instituebantz) oculos feliciter aperirent, veritatémq; Catholicæ Religionis vel invitiũ agnoscerent, quorũ 8 ad Romana Sacra traductos numerant Missionarij, superiũs jam suo loco annotatos. Sanctũ item Connubij fœdus arctius inter plures Missionis opera coaluit, exstincta sunt odia, prava consuetudines correctæ; inveteratæ quis definiat? quam multa quámq; varia, maximè quæ eliminanda omnem exorũ vim sunt comparata, cinxerint Patres, quámq; stupendas superstitionũ et incantationũ substulerint artes. Cupiditas Numorũ eo temeritas unũ praeipitem, ibidem Stygij veteratoris pro 20 annis concedere non reformidaret, hic aborto divinitùs lumine Patrem adijt, æternas edocetq; quærere opes, factorũq; poenitens perfidia sua venia à Deo precari ardentissimis votis nondũ cessat. Demũ in precibus sive merito numerari quoq; potest Matris Divinissimæ cultus, qui in Apostolicis hujusmodi procursionibus sanè quã maximè fuit promotus; publica cumprimis in templo Dominicis festisq; diebq; Corona Mariana recitatio idiomate vernaculo, quo in genere Hungarorũ fervor adeò remiserat, ut multis in locis negligeretz, nostrorq; hinc opera inducebatz ubiq;, quo dicentiũ fervor resticuerat, sedulo maximè in Nostri Juris dominio, quo singulis annis in Sodalitatis hujus Rosarij illic constituta

PP. Michaël Fodor, et Adamus Kreskényi.

Solemni die, et aliàs per annũ sæpius fructuosa admodũ Missiones instituunt.

In alijs quoq; Marianis Catibus, qui tũ ex Academica juventute, tũ ex Civibq, ac Nobilibq idiomatis Germanici gnaris Tyrnavia colebant, Maximo cũ fervore illa bonorũ operũ, et pietatis exercitia continuabantur, qua Præsidũ vigilantissimorũ ductu superioribus duobus annis fortiter sancitaq; sunt instituta, ut adeò supervacaneũ esse et Lectori tædiosũ existimem, ea omnia singillatim recensere, qua egregiè in superioq; annalibus de Senioa continentq. Majus præsertim Academicorũ Sodalitium, quo quotidiè plures coibant, inter quos sacris initiati, non pauci, tũ nempe Seminarionũ Confectissimorũ alumni, Exteriq; item Patrio Juri operã dantes, Academici ad hoc Magistratũs imperio hoc anno adacti, ea itemũ edidit teneri in Deiparã amoris, pietatis, ac devotionis documenta, qua admirationem apud multos, laudem, et commendationem operũ omniũ sunt promeriti. Circulorũ enim Marianorũ usus, sacrorũ librorũ lectio et adhortationũ frequentia, teneriorq; quæq; ex cunctis Sodalibus ingeneravit affectusq; mirabiles diversarũ virtutũ progressiones sunt consecuta. Certè singularis illa Modestia, sua colloquia, orandiq; fervor cũ in Templis, tũ domi privatos inter parietes ipsosmet hospites suos non raro in admirationẽ, stuporemq; pertraxerant, invaluit nempè in quibusdã artium alumnis laxior paulo antè vivendi ratio, hos cũ mutatos repente esse, et certare cũ optimis in morũ probitate non obscurè notarent, sutpicere rem altiũ, et admirari tum imitari quoq; cœperunt. Ipsa adeò qua fruimur quiete publica qua risus ante et turbis non raro ab Academicis miscebat, his Marianæ pietatis exercitijs in augeris referunt prudentiores. E Clero Pertim bene multi ad insignem emendandæ vitæ, morumq; Sanctitatem, et spes é exempli Pirantia alijs documento force, quando nemini non firmũ, ratumq; est, si quando Parochijs præfuerint, omni contentione et studio filialem in Dei Matrẽ pietatem quã latissimè proferre, qua mens siquidem et in futurũ illis constitecit, ne ego vanus augurer, si non paucorũ annorũ intervallo avitus ille in Mariã amor ac veneratio in Hungaria postliminio restituatur.

+ Pudsiole Pabe Exim Kelsp Sodalit pietatis egregie promovit.

Media Manovetiorũ Musarũ Congregatio Sodales Virginis Immaculatæ devotos censuit 69, et oratio 33. Rhenenses à Reverendissimo Dño Andrea Csaikovics Canonico Scegusiensi, legatos item tres aureos dono Illmi Epsi Pauli Forgacs Canonici Strigoniensis oblatos intulit. Infima 117 Tyrnoviæ aucta est. Catus item Germanicus Beatissimæ Matris honoribq consecratq 70 hoc anno Sodalibq auctior, Rectore elegit Rñdissimũ Dñũ Joannem Urivendeghi Præpositũ B. M. V. de Lypto. Abbatia S. Antonij Rimaszombathiensis Præpositũ, Archi-diaconũ Zolnense E. M. Strigoniensis Canonicum, qui eodem die huic Sodalitio principe maximo aparatu ad aras operatus est, in Stercã Præses obtulit librũ precatoriũ Sodalium usui percommodũ. Hungarica verò Civiũ Sodalitas 40 Salvifica Crucis signo Comilitones adjunxit, et qui in consuetis quot hebdomadis pietatis Exercitijs desiderabantur non admodũ erant. Denuũ Congregatio Morienti in Cruce Servatori Sacra Dominica Passionis 8 duntaxat millia, ob æteris tempestatumq; injurias ad Cœlestem Mensã Convivarũ habuit, cũ aliàs decem et duodecim millia confluerent. Supellectilem item Sacrã multo ære auxit, aut restauravit, et adhucdũ oranium minimè exhaustũ reliquit.

Ingeniorũ Cultura

De æterna Salutis negotijs hactenq, ad literaria deflectimq, Curatis universis copijs Academicis mille supra ducentos 35 censebantur Togata Palladis alumni. At hos inter Illustrissimi 8 Comites nempe 3 et Barones 5. Spectabiles et Perillustres quamplurimi. Prima Theologiæ laurea ornati quaterni supra denos, dispersa in Auditorem Nobilissimũ, Prolusiones et dissertationes P. Joannis Pisbert Mauss tulêre, Problema in actu propositũ: An Theologia Dogmatica an Scholastica præstet.

Universã Angelici Doctoris Summã propugnarunt bini ex Nostris, ex
seculanibus verõ, partem verò 4 supra 10, et vadiũ spectatorũ Augusta-
nis ut plurimũ scombus aut eruditis libellis levarunt. De jure Pontificio,
et controversis Fidei quæstionibus Stata quot hebdomadis dissertationes maxo
discentiũ comodo sunt factæ, libros 5. Decretaliũ insuper clero defendendos pu-
blicè subjecerunt, Præside Patre Ludovico Kelcz.

Philosophia Magisterij insignibus condecoravit unũ et quadraginta
è quibus 7. externi et totidem Nostri apertũ in campũ progressi ut Rheto-
ricis disceptarunt. Illmus ac Rmus D. D. Franciscus Szobek de Kormicz
ei imagini Augustissimæ Augustano Scalpro exformata theses præsidij; à
Nobilissimo Magnatũ Præsulũq; consessu laudem tulit maximã.
In publico honoris gradu elegans admodũ et utilissimũ opus, Philiam nempe
Ethicã, Politicã, et Œconomicã R. P. Vanossi complectens, inter confertos
disputatores liberaliter distributũ, et in utramq; partem disputatũ est,
Semisne Hungaria Regis plus an pietate Regnũ propugnaverint. Prima
lauro conspicuos 46 salutavit Physica, ad erudita subinde certamina, ut
defenderetz, deliberatũ est, utrum ad ætatem producendã plus conferat vita
variis œconomiis vacua, an occupata. Matheseos Area rectilineæ Ichnographiã
perfecit, et ex illa quantitatem insuper aream totius in pedibus determinavit. In
gradu prodêre quæstiones Philicæ, œconomicæ ex tribus tomis R. P. Maximi Szent-
ivany collectæ et in 5 libros distributæ; opus hoc avidè expetitũ, elegantibus in-
super thecis ineluctũ splendorem magnũ addidit actui Nobilissimo. Logicæ
discipulos 182. Comites unũ, Barones duos Spectabiles 4. Perillustres 5.
numeravit, ex quibus ad Religiosa Societatis Castra traducti sunt tres, sex
D. Francisci institutũ, D. Pauli exemũ 3. sunt amplexi. Quæstiones proœmi-
ales tuitus est Clericus Seminarij S. Stephani. R. K. alumnus.

Præter binas Academicas seu conclusiones Scholasticas quæ à singulis
inferioribus classibus ex Tempore habitæ sunt, Rhetorica ter in theatro conspecta
Orestem sub anni finem scenicis ludis spectandũ exhibuit, cui de literaria
benè meriti pugiles perpetua Celsissimi Principis Pauli Esterhazi mu-
nificentia donarentz. In libello quem considentibus in honoris theatro Philo-
Magistris obtulit, bellicarũ in Hungaria calamitatũ, maxima bonorũ omniũ
lætitia jam ante 30 et amplius annos depulsarũ, causas tres erudito stylo
descripsit. Pœsis ter in Proscenio prosiliens declamavit, virtutemq; Electi-
cã, quam Physicorũ honoribus insignivit didactico carmine bellè expressit.
Supremam Tragœdiæ classis Artabani Regis apud Xerxem Exsulis infeli-
cem occasũ; Media Stephanũ Bathoriũ de rõo et amplius Turcarũ infidũ
victorem cũ plausu in Scena spectandũ dedit. Infima denique Andronici
Iuniorĩs Clementiã in Andronicũ Seniorem Orientis Imp. Et Clementiam
Matthæi et Simonis Fratrũ invictã in fide constantiã linguis balbutien-
tibus in Theatrũ protulit.

Lugubri item apparatu Academia omnis in collegij nostri Basilica
Spectabili Dño Orban Diœcesis Præsidi et Judici Universitatis è vivis
sublato parentavit, cui in utroq; munere suffectus Spectabilis Dñus
Sigismundus Nizkij, ubi Magistratũ adijt, continuo in juvene studiosũ
solitè tunc comprehensũ inquirendũ erat ac decimo post examine compariebat,
vana illũ centenorũ aliquot florenorũ Rhenensiũ pretio æstimata sacrilega
manu è templo nostro subtulisse, capitis igitz sententiã in eũ tulit, quæ tamen
re publicè subjiceretz, R. P. Rector pro potestate muneri suo annexa
prohibuit, et interea ab Augustissima Regina vitæ gratia impetraret, obtinuit hac
lege, ut reus post lectã feralem publicè sententiã militudinis adjungeretz,
quod vitæ genus ille plurimas inter grati animi testationes ure et libertatem
magna voluntate è amplexus. Alij duo in furto graviter deprehensi et à

N3.

Decano Juris convicti, praesentibus omnium classium Alumnis, ad reliquorum tenorem caesi atque proscripti sunt. Suam hanc injuriam interpretabantur Juristae caeteri, minis igitur et armis accincti in Atrium Academicum penetrant, et aperta vi carceres se perfracturos queritabantur, in quantocyus contubernales omni poena liberi dimittantur, verum omnis ira brevi deferbuit, mox ut detonantem in se P. Decanum conspexerant.

Librariis denique opibus adjecta sunt Barradij opera omnia 5 tomis comprehensa novae Editionis.

Hyacinthus de Graveson Historia Ecclesiastica cum tabulis Chronologicis
Antonij Mayr S.J. Philia Peripatetica Tom. 4.
Antonij Leonardelli S.J. Gemina Sacra recollectio.
Joannis Schwandtneri Scriptarum rerum Hungaricarum Tom. 1.
Ex actis Sanctorum Editionis Venetae Tom. 7mus Junij, et 1mus Julij.
Editionis Antverpensis Tom. 5. et 6tus Augusti.
P. Franc. Wagner historia Josephi Caesaris.
Josephi Mansi Bibliotheca in Tom. 4. novae Editionis
Ejusdem promptuarium Sacrum et morale. Item aerarium Evangelicum.
Musaeo Mathematico sub fine anni Machina Electrica Tyrnaviensium aere et opera fabricata accessit.

Aeconomia Collegij ac Templi

Curis quoque aeconomicis, quas molestae identidem lites auxerant, egregie est desudatum. Sellyae pro segregatis a reliquo grege generosioribus equis stabulum elegans et percommodum surrexit e lateribus coctis. Cui aedes quoque adjectae a stabuli Praefecto ejusque familia incolendae. Spatium item pro Schola equestri, Magistro ad id idoneo conducto aptatum. Pro reliquo vero equorum grege Paredini restauratum est, ubi a hyemis rigore se tutarentur, receptaculum, veteri multo auctius et elatius, impendio mille facile et ducentorum florenorum, si operae ex bonis nostris conductae demantur. In Kiralyreviensi insuper Allodio muro veteri collapso novus substitutus est, fonsque publico transeuntium commodo instructus. Tyrnaviae pone rivum, qui Typographeum et Scholarum atria praeterfluit ad prohibenda aedificiorum damna, novusque murus est erectus. Novi item camini septentrionem respicientes ab imo educti Collegium a frequenti eoque molestissimo fumo liberant. Inter emolumenta Collegij numerantur binae lites a quibus aliquot millium damnum timebatur, feliciter ad exitum perductae; quod Sanctissimae Virgini et Sanctorum Domus hujus Indigetum quibus commendabantur, potentissimo Praesidio in acceptis referimus. Agri praeterea uberiores ac initio sperare licuit, fructus protulere, et torcularia Musto copiosiori et generosiori, quam annis superioribus maduere. Ut porro deinceps etiam ad avertenda aeris incommoda D. Donatus propitius nobis redderetur, ejusdem D. Martyris honoribus perelegans in campo Peredinensi statua ex duro lapide aere collegij est posita. In Praepositura contra Bozokiensi impensis laboribus malignè responderunt fruges agrorum, et Autumnum minimè laeta excepit vindemia. In lite etiam, qua quietem Curiae cujusdam a Collegio venditae possessionem obturbabat Adversarius cum Collegium ex pactis conventisque misceretur, nulla ratione qui causam evincerent illorum nempe possessorum successores, a quibus in Collegij jura transierat, inveniri potuerunt; Ad amicabilem igitur compositionem res delata pro expetitis ab aemulo

mille ducentis floremis, 640 praeter expensas in litem factas solvit Collegium, eo felix, quod litem molestas tandem extinxerit.

Ornatus vero Templi novis Missalibus elegantur admodum compactis et Domo Patris Typographia Praefecti oblatis accrevit, ejusdem quoque supellex linea impendiis aliquot centenorum fl. est restaurata, ex adverso admodum perniciosas sibi sensit suus Domesticus, de quo supra memini, sacrilegas manus, qua varia auro atque argento intexta fimbriisque pretiosis ornata clam surripuit, exulsitque, ne ab emptoribus ars pessima detegeretur; ex aliis solido metallo fulgentibus, quae subduxit, redierre non pauca, non item omnia. Tradus Deiparae B. V. quibus supremis anbitu consecendit, ad eam elegantiam splendoremque hoc anno ornati Lucentis omnino fl. in artificia impensis, quam Summa ut conflarent, Religiosi Maria Clientes jam aliqui symbola, maxima vero Collegium contulit. Ut demum externa etiam Juventuti non deesset, a qua ingenii lumina veramque sapientia peteret, Scholae Inferiorum Praefectus, Vir de omnibus, et cumprimis de Scholastica juventute tantopere mentus (antequam officio suo decederet, in Academia gradibus, ut elegans quoque ara Sanctissae Virgini Statueretur obtinuit. Itae Domi. Foris in publicis Civitatis carceribus, quorum procuratio aliquantum ad nos pertinet, nova quoque Patienti in Cruce Domino, ac Dolenti Virgini ara cessit, et anguibus fl. mistendis erecta, totus insuper illue Sacrificantis habitus elegans, Casula duo pro Hospitalis Templo sunt curata magno miserorum solatio et allevamento. In hunc item usum impensi sunt 200 fl. qui ex pio Rmdissimi Dmi Schmidt Parochi Tyrnaviensis legato Albanensi Sanctae Rosaliae sacello obvenêre; gloriatur illud nunc duplici casula, Serica una pro quotidiano usu, auro dirite elegans; Calicis item argenteo probe inaurato, cui velum rubrum additum copioso auro distinctum quoque et cingulum Sericeum auro intexteatum, et Alba ex Nobilioni tela, latisque fimbriis ornata, atque candelabra 4 auro, et argento elegantur obducta; producitur hae Sacra supellex Sanctae Rosaliae Festo die, quo multa illuc ex vicinis Paraecijs, atque ex Templo Academico supplicationes ducuntur.

Il P. Michaël Forbe.

Seminaria

Superest, ut tribus quoque florentissimorum Seminariorum res, quam bellè se fluxerint, paucis expediamus. Generale Clericorum Regni Hungariae Collegium, Rubrorum compellant, tres quidem et Sexaginta Alumnos duos Convictores: Disciplina solito observantiores aluit; quorum è numero 15 virtute et litteris strenui operarij ad Vineam Domini procurandam sunt dimissi; Partem D. Thomae propugnarunt Seni, quinos prima Theologiae laurea ornavit, quo alij ne aspirarent, ab aris inopia sunt prohibiti. Iris Philosophi non Inferiores, octo ex illis magna sui commendatione de universa Philosophia placitis disceptarunt, et cum in Philosophorum Comitijs de utraque Lauro ageretur, prima ingenii laboris praemia tulêre Rubra Domûs Nicola. In Emolumentis numerat Domus haec extincta vetera 875 fl. et 70 ℔ nomina, et quondam infausta possessione Nagy-Peczel ab Abbate Tichaniensi jam ab anno 1744. infestata, ultimo Regia et Sensim Vocalis Tabula decreto sit stabilita, felix certè, si quoque fruges in alijs duobus pagis à grandine conservâsset.

Qui Mariano praeerat Domicilio, duos et Sexaginta liberaliter substentabat nicolas, Clericorum ex ordine complures, reliquos certo vitae genere nondum addictos, in quibus omnibus pax literarum amor, et virtutis studium vigebat; duo ex illis Evangelio jam maturi ad Apostolicos labores vocati duo pariter D. Thomae cum plausu publicè tuiti sunt; primus inter

Theologiæ Baccalauros locus unus obtigit, 2dus alteri inter Magistros. Nec deerat qui Theologiam Universam magna et sui et Domus comendatione propugnaret. Quos ut æmularentur inferiorum Scholarum Discipuli, numerosa sub anni finem ex publico honoris Theatro præmia Domicilio intulere, ut adeo tres omnino digni habiti fuerint, qui Societatis Tyronibus adlegerentur.

In Seminario S. Adalberti præter tres Nostros et pauperes bene multos, Alumnos Clericos 29. Seculares 20. Convictores duos hoc Anno censuit, quibus omnibus alimenta liberaliter præbuit; ut porro in pietate omnes et litteris proficerent conferentijs publicis privatis adhortationibus, scabellis etiam, et eruditis circulis præter morem frequentius excitabantur. Quinque ex his Præsulum suorum voluntate Apostolica in procuranda animarum vita sunt amplexi, unus Societatis Instituto formandum se dedit. Ex reliquis propugnatores unius Partis Doctor Angelicus binos, unum Aristoteles habuit; duo item Theologiæ laurea sunt adepti, seni Philosophiam utramque inter se sunt partiti. Rhetores vero et Poëtæ in præscripto illis argumento versantes magna sui comendatione Domi quoque in Triclinio superiori ex loco declamarunt, haustæque Doctrinæ præmijs complures sub anni exitum Pallas e remunerata. Rei familiaris emolumentis accensetur cloacarum alveus ad præterfluentem ductus magnis quidem impensis, at multo majori Seminarij comodo, nova quoque vasa centum urnarum capacia pro cella vinaria curata. Seminarium denique totum novam interne formam induit, ut adeo non amplius, quorum passim calumniabantur molæ speciem referat.

Elogia.

Elogium C. Francisci Stempl.

Primus e Sociorum numero æternitatis iter ingressus est Ch. in Xto Fr. Franciscus Stempl Austriacus Rhorvacensis, natus is erat Anno hujus sæculi 15to et trigesimo septimo admissus ad Soctem Viennæ. Brevitatem vitæ incredibili industria sua compensabat laboriosissimus Fr: Cellam enim vinariam, ac templi ornatum cum absolutis Tyrocinij annis quadriennio procuraret Temesvarini, adeo laboribus fractum, ac pene deformatum corpus ad nos retulit, ut ipse potius infirmorum Curatore egeret, quam ut alijs id obsequij genus quod jubebatur, præstaret; ibat tamen qua poterat etiam exhausto corpore ad omnia promptus et alacris, illud unum queri sæpius auditus, quod per infirmitatem non ut vellet Societati servire possit. Prostratis demum viribus in lecto postremum ubi succubuit, a Sacerdotum quopiam interrogatus, numquid ægnus forte sentiret, morbique doloribus supra modum torqueretur? nihil, ingeminabat Franciscus, illud unum sibi peracerbum accidere asserens, quod a recitando majori Beatissimæ Virginis officio debilitate virium prohiberetur, quod dum sanus magno pietatis sensu persolveret copiosa semper animi solatia, ac interna lumina sibi adfuisse confirmabat. Morti jam vicinior, eamque præsagiens, cuipiam ex se quærenti, num mori metueret? respondit: metuo enim vero, quando viri sanctissimi fatalem hanc horam reformidarunt; at cum instaret alter Beatissimam Matrem præsidio illi tum futuram; utique, utique, annuebat id ipsum esse quod percussum erigeret, et anxium solaretur; gratias subinde pro impensis sibi charitatis obsequijs agebat, sumptoque Sanctissimo Viatico in comprecantium Socior Corona mire recreatus exclamat; jam lubens inquit morior, quando postrema hac me gratia beare liberalissimo Numini placuit, ac paulo post piam animam Creatori suo reddidit, die 13 Januarij tertio quadrante ad 11mam antemeridianam.

Ch. Bonifacij Ponschab.

Hunc proxime consecutus est, Die 27 Februarij hora media tertia noctis,

Ch: in Xto Frater Bonifacius Ponschab. Pultæ in Hungaria anno superioris Sæculi 89 natus. Deserto deinceps Sartorum opificio, cui adoleverat, militum castra aliquot annis ē secutus, mox ubi meliori spiritu afflabatur, ad Xti signa animum adjecit, Sōctemque ardentibus precibus expetivit, exauditus tandem est Viennæ, ac Trenchinium ad ponenda vitæ Religiosæ fundamenta ē dimissus anno 1716. Exacto laudabiliter Tyrocinio, industrium, ac religiosum Sacristam egit Styræ annis tribus, ad curandam subinde laneam, lineamque supellectilem adhibitus, cui muneri cum Passavij duobus, Leobij cum adjuncto Sacristæ officio septem, Trenchinij, Soprony, Szakolczæ annis ubique quatuor, et tandem apud nos Tyrnaviæ cum maxima omnium satisfactione in 4tum annum præfuisset Sanus semper atque vegetus spasmo stomachali post dies 8 secundo redeunte correptus, ad vicinum nocturna veste tectus repsit, ibique in sella reclinatoria, usque dum Sacerdos accurreret et remedium ē pharmacopæo adferret, repente, triduo tamen ante cum reliquis Sanctissimis Sacramentis refectus, exspiravit. Mors Fratris optimi adeō repentina stupore juxta ac dolore totum collegium complevit. Religiosas namque ejus virtutes passim omnes suspiciebant, prædicabantque nihil à se notatum in illo, quod reprehendendum culpandumque judicarent. Modestia singularis, animi religiosa demissio, in explendo comisso sibi munere vigilantia et assiduitas, pietas quoque, et devotio in rerum spiritualium exercitio, reverentia adversus superiores, adversus æquales charitas eximia, juncta denique comitate gravitas, et prudentia universorum illi amorem conciliabant; ut adeō spes certissima sit, eum ad subitaneæ mortis casum quam optimē comparatum fuisse. In numerum Coadjutorum Temporalium formatorum cooptatus fuit Passavij Ao. 1727.

P. Michaëlis Cisper.

Duo de tricesima Junij sub hora 3am pomeridiana ē vinculis quoque corporis evolavit P. Michaël Cisper. In Köhalom comitatus Castri ferrei oppido, anno labentis Sæculi quarto decimo natus, Philosophicis Viennæ absolutis Trenchinij nostros inter Tyrones annis abhinc 9. receptus est. Budæ postea quoad p contagionem licuit, biennio syntaxim, Quinque Ecclesijs Pöesi juncta Rhetorica docuit. Inde Præcium translatus, Sacrationis quidem Scientiæ condiscendæ initia posuit, sed affectæ valetudinis ergo ad patriam auram remissus, eandem in quartum usque annum, ipsumque Sacerdotium hic prosecutus est. Præcoci fato viam aperuisse videntur, quibuscum assiduo conflictabatur diversa morborum genera: Pridie enim Diei Divo Xti Præcursori Sacræ interna phrenesi ita correptus est, ut ad obitum usque tantillum duntaxat Sanæ mentis intercederet, quantum expiandæ supremum Conscientiæ, et percipiendis Morientium Sacris Mysterijs ægrē sufficeret. A placidis moribus, pacata indole, vitaque omni perquam religiosē exacta ut charus omnibus erat, ita præclaros propediem de illo in animarum cōmoda fructus sibi pollicebantur universi, nisi præmatura morte ad triumphantem in Cælis Sōctem abijsset.

P. Fr: Roys

In supremo demum funere quo insidiosa magis, atque inobservata mors irrepserat, eo acerbius, graviusque vulnus Collegio inflixit, dum Patrem Fr. Xav. Roys levi, ut initio videbatur febricula tentatum nobis eripuit, Virum uti annis grandævum, ita gestorum in Sōcte munerum, et laborum Xtianæ rei cōmodo susceptorum gloria illustrem. Editus in lucem Neosolij in Hungaria fuit 30 9bris anno superioris Sæculi 78, et humanioribus deinceps disciplinis excultus ad Sōctem animum applicuit, eandemque ingressus est Viennæ ad S. Annæ 24. 8bris anni 1694. Absoluto illic inter Tyrones, Musasque mansuetiores triennio, ac feliciter emenso Præcij Philosophiæ Curriculo Hungariæ restitutus, litterarum elementis anno uno, tribus alijs Grammaticis et Syntaxeos præceptis inter publicas privatasque Regni Nobilissimi Clades Neosolij Magister imbuit. Viennam inde translatus Angelicum Doctorem mox ut à limine salutavit, ea ingenij felicitate in Sacrationis illa Philosophiæ adyta penetravit, ut tertio jam anno Theologis ad D. Barbaram convictoribus domi præficeretur, ac demum in 4to omnes Theologicæ Doctrinæ partes

magna et sui, et Soctis comenatione publice propugnaret. Tertium deinceps Probationis annum ubi Lincij absolvit, arduo, et impedito à perfrequentibus undique intestinis bellorum tumultibus itinere Transylvaniam Moderatorum voluntate adijt, et continuo laborum campum ingressus, tam multis, tamque diversis munijs aerumnisque per vitam deinceps omnem fuit exercitus, ut prodigio omnibus, quibus adversaria illius, comentariósque inspicere licuit, simile videatur, virum hunc, non usque adeo robustum corpore, tot unà laboribus, officijsque sufficere potuisse. Cibinij primum festis, Dominicisque diebus in tertium annum vehemens et copiosus orator populum ad omnem pietatem, et Xtiani hominis Officia simul erudiebat simul Missionarium ardentissimum et operarium Apostolicum agens, vicina circum oppida percursabat, languentium militum, et miserorum hospitalia adibat, advigilabat diu, noctúque morientium lectulis, perreptabat pauperum tuguria, Nobilium fores frequentabat gratissimus ubique, operosus, et industrius; imò cum annò hujus saeculi undecimò, ac rursum decimo tertio dira Transylvaniae lues incubuisset, stragemque funestissimam ederet, non dubitavit generosus Athleta Cibinij semel atque iterum Claudiopoli jam Philosophiae Professor in periculosam hanc palaestram descendere, quò peste tactis et auxilio esset, et solatio. Philosophicam verò cathedram ita conscendit, ut Apostolicam vitam munúsque concionandi nunquam dimitteret; etiam dum controversas fidei quaestiones, simul et abstrusa Matheseos Problemata Academicis in Scholis explicaret, et Inferioribus unà bonarum artium Classibus Decanus praeesset Domi nostros, foris frequentissimum populum Dominicis singulis, verniqz Jejunij diebus ad virtutis amorem fugamque vitiorum exhortabatur. Cùm verò Academici Collegij Cassoviensis curas Domesticas Minister moderaretur Juris simul Pontificij Professorem, Decanum Philosophorum, Praesidem Majoris Congregationis Studiosorum, Exhortatorem Domesticum, Examinatorem Juratum, Consultorem idem P. Franciscus, unus nempe omnia agebat, tantâ curâ, et industriâ, ut multis manibus laborare multis vocibus toto collegio personare videretur: Neque aliàs unquam cervicibus suis pauciora munia sustinuit, explevitque numeris omnibus, quàm quae duobus, tribúsve strenuis operarij occupandis sufficeret.

Per omnes denique Professorum gradus ad Theologicam eluctatus Cathedram, rerum Divinarum Scientiam Tyrnaviae duobus, duobus item Cassoviae, ubique Decanus Philosophorum simul, et Exhortator Domesticus maximo discentium comodo tradidit; atque ut in aliorum sententijs oppugnandis solers, et acer erat, ita in suis defendendis strenuus, atque acutus, memoria praesertim, maximo illo Scientiarum praesidio fidelissima semper utebatur. Ad Soproniensis subinde Collegij gubernacula admotus, curas oeconomicas unus simul omnes sustentabat, dubiasque morum quaestiones domesticis decidebat; Paternam verò gravitatem cum materna indulgentia adeo hinc temperabat, ut in sinu atque oculis tanquam filios suos ferret omnes, providerétque sedulò, nequid corporibus unquam, atque animis deesset. Absoluto illic gubernij triennio, maximóque sui desiderio apud socios relicto Cassoviam repetijt, ubi Convictui Nobilium toto sexennio ita praefuit, ut et et Sacrarum Litterarum Interpretis simul, atque Philiae Decani in Scholis, Domi in Collegio Exhortatoris et Examinatoris Jurati, foris in Ursulinarum Asceterio, ferventissimi Catechistae munere fungeretur.

Tandem Tyrnaviam iterum translatus Typographiae amplissimae curas suscepit sustinuitque Decennio ad supremum usque morbum adeo strenuè, ut splendorem, atque incrementa quibus hodiedum illa gloriatur Patri Francisco unicè in acceptis referat; Illius enim vigilantia curatum è, ut quatuor aut 5 constanter praelis

desudarent Typographi nostri, Thomiqz benè justi ad omnem Magnificentiam procuderentz sæpius, et meliori in charta legerentz; certè Jus Patrium Hungariæ, quod duobus voluminibus propediem in publicum eluctabitz, adeò numeris omnibus absolutus comparebit, ut à Gallis Batavis, Venetisqz splendidius nihil exspectari unqua possit, aut desiderari. Ad hæc impetravit quoqz, Typographiæ ut potestas fieret Tyrones quotquot vellet instituendi eosdemqz expletis Tyrocinij annis, imo aliunde adventantes quoqz cum judicatum fuerit liberos sociosqz pronuntiandi, qui ad quascunqz deinceps connearent disciplinas, Juribus sociorum et mercede fruerentz. Artem insuper, qua litterarum typi funduntz, à multis jam annis squallidam apud nos, atqz desertam adeò reduxit, promovitqz, ut et officinæ Academicæ omnibus literarum formis provisum sit abundè, et ab alijs quaqua versum p. Hungariam, Viennam quoqz ipsam quot annis complura millia expeterentz. His tam multis, tamqz diversis p. vitam curis et laboribus adeò n. succubuit P. Franciscus Noster, ut omnes, quotquot eum noverant, complures adhuc vitæ annos et promitterent seni optimo et ex animo precarentz, adeò firmus, vegetusqz semper officij sui rationibus invigilabat, verum Podagræ dolor, quo ultimus annis nonnunqua tentabatz ab illo omni arte suppressus fatalem illi horam Medicorum judicio accelerabat: levi enim neqz diuturno defunctus morbo, Sanctissimisqz sacramentis, uti expetierat munitus in Moderatorum suorum manibus placidissimè uti vixerat, Sanctissimeqz die 26 8bris horâ post mediam noctem 2da exspiravit.

Vir erat amœnissimus, comis erga omnes, et affabilis; unico conspectu, alloquio unico adeò in hominum animos se insinuabat, ut vel invitos ad sui amorem pertraheret: sive enim loqueretz, sive staret, sive ingrederetz, ita se ad humanitatem, modestiamqz componebat, nihil ut fieri posset decentius; placidissimi ubique mores, ubiqz mens candidissima relucebat; vultus nunqua dejectus mæstitia aut lætitia gestiens, sed idem semper, et æquabilis, ad gravitatem una et comitatem compositus; omnes qui eum convenerant, etiam curæ suæ subjectos, discipulosqz honore prævenire adeò consueverat, ut ruborem bene multis excuteret, qui Viri Sapientiam, doctrinamqz perspectamqz, atqz cognitam haberent. Illud quæ cæteris singulare, ac velut proprium illi erat, nihil ut vafre unqua, aut subdole moliretz, aut diceret; alios de suo æstimans ingenio de nemine pejorem in partem judicabat, loquebaturve; de alterna verò fama detrahentes ne audiret, vel subducebat se colloquio, v. obmutescere maledicos cogebat, unde non raro, quibus familiariter assueverat, memorabat illud sibi semper solatio esse, quod nulli unqua dicto aut facto v. in minimo obfuerit; quam vocem si altius in animum admitterent nonnulli, non esset fortè, cur supremi Judicis sententiam tantoperè aliquando extimescant!

Summæ deliciæ illi erant, cum Moderatorum venia benefacere alijs aut quodpiam officij genus conferre licuit: in omnes occasiones intentus, viam, modosqz excogitabat, quibus sua in plurimos beneficia derivaret, et derivavit sæpè numero largus ubiqz et eximiè liberalis. Juniores præsertim homines nostri ad comunem veluti Parentem confugiebant, cum libelli, munera, aut alium quidpiam desideraretz; et quemadmodum Sanctorum reliquias magno numero ex Urbe procuraverat, quas in piè expetentium manus maxima sua voluptate dispersit, ita ad augendas quoqz librarias Collegij opes magnam quotannis symbolam tum ære præsenti, tum libris etiam aliunde coëmptis conferebat. In Eleemosinis verò dandis quantus fuerit, loquantz ij, quibus de victu, vestitu, medicinis, argento etiam adeò largiter sæpè subvenit, ut mirari sæpè alij atqz oblo, qui quoqz n. dubitarent, quibus illud unum identidem in ore versans opponebat Franciscus: fœneratur Domino, qui miseretz pauperis; Et profectò quod Typographia Academica præter omnium spem tot incrementis aucta refloreseat, huic suæ in miseros benignitati attribuendum esse magnoperè contendebat.

Ut verò in alios munificus, ita in se durus, atqz difficilis erat, precibus sæpè numero

extorquendum fuit, ut in commoda sua numorum quidpiam expenderet; Cibi po-
tusque erat parcissimus; provectioris verò ætatis fomenta adeò refugiebat,
ut ne audire quidem illos sustinuerit, qui aliud quidpiam obtrudebant, quam quæ
ad communem Sociorum usum sunt destinata, unde illud, quod compellant Senectutis
ferculum ut admitteret, nulla arte persvaderi potuit, vestitu verò eodem tam
diu utebatur, donec meliori permutandum, honesti ratio svaderet. Hanc tam
mirabilem Viri æquabilitatem singularis quoque in tolerandis injurijs faci-
litas condiebat, nunquam ille queri auditus est, nunquam rem asperam et duram
deprecari; etiam dum maximè sæviebat podagra, doloris tamen sensum ex
vultu exprimere, aut lecto illum affigere nunquam potuit, ad communem cum alijs
mensam, Numenque Eucharisticum in choro adorandum sæpius per diem, uti
affueverat tum quoque è muro suspensus adrepebat; asperiora verò dicta, aut
etiam injuriosa, si cui imprudenti aliquando exciderant, ita silentio decoxit,
ut nullo unquam verbo aut signo alienum ab alio animum demonstraret. Ad hæc
Præsidum jussa exquirebat diligenter, et scrupulosè adimplere conabatur:
duriora si quando imperabantur, aut etiam molesta, tanquam è Dei nutu sibi com-
missa alacri animo exequebatur; quod per reliquam vitam sæpius Sopronij verò
maximè, dum inter Purpuratum Ecclesiæ Principem, atque illum nescio, quæ simulta-
tes fuissent exortæ, Socij, externique suspiciebant.

Castimoniæ quoque nitorem adeo illibatum semper conservavit, ut ne mini-
mum quidem nævum oculatissimi Censores in eo notarent: Modestissimi enim
Viri pudor non ab omni tantum obscœnitate quam longissimè abhorrebat, sed sæ-
minarum quoque alloquia visitationesque omni angue pejus oderat; mirari se
sæpè operariorum illorum industriam dicebat, qui in mulierum cœtus frequenter se
inferunt, seque artem illam, qua apte cum illis colloqui homo Societatis posset, prox-
sus ignorare. Inde ultimis quoque Tyrnaviæ annis à mulierum confessionibus
audiendis penitus abstinuit, dum tamen Virorum interea, et studiosæ cum primis
juventutis etiam dum podagrâ cruciaretur indefessus exciperet.

Fugam otij, et summam in agendo Dexteritatem, quarum nexus fre-
quentior, P. quoque Franciscus ad extremum usque spiritum sociaverat; nusquam
cunctator ille, nusquam otiosus, nec à quoquam aliter, quam honesto operi intentus
convenire potuit. Postremis è cubiculo annis rarò, è Domo rarissimè prodibat
inter officij sui limites negotiosus semper, certa quotidianarum actionum, ac de-
finita tempora habuit. Mane consueta surgendi hora antevertens, primitias
diei pietatis Exercitijs tribuebat, quinta subindè hora Moderatorum veniam
Divina in Templo maximo opificum externorum commodo, et accursu faciebat,
tum horas Canonicas à Laudibus quas pridie semper cum Matutino recensere in
more habuit, de genibus plerumque persolvebat, reliquum denique tempus aut scriben-
dis Epistolis benè multis, aut subducendis officij rationibus, aut designandis ope-
ribus, aut percurrendis, corrigendisque Typographorum erroribus est impensum.
Sacras ex Divinis Litteris Historias quibus celeberrima sua calendaria exor-
nabat, ipse quotannis colligebat, perpolliebatque, ipse directorium Hungariæ
Universale, et particularia, pro decem et amplius Collegijs perficiebat, tantâ
curâ, et industria, ut porrò desiderari perfectius vix quidquam possit. Neque
alia complura præclara Ingenij monimenta à morte reperta deerant, quæ
Viri Solertiam Doctrinamque comprobarent.

Inter tot igitur occupationes, quanto ab hominum comercio erat remotior, tanto amplius cum Deo, Sanctisque Cœlitibus agebat frequentius. Latentem præprimis sub nube Deum cui peculiariter devotus erat, mox ut à somno surrexerat, aut ad somnum concederet, et alias, quod memoravi, frequentissimè è choro salutabat; Virginem quoque Sanctissimam, ut suam, et Sanctis Matrem colebat, nullumque diem abire passus est, quo non Rosarium ei, et precum aliarum pensum persolvebat; et si quidpiam ejus nomine petebatur, facilè semper liberaliterque concedebat. SS. verò Ignatij, et Xaverij primorum Parentum Nostrorum, Angelicorumque Juvenum ac V. Patris de Hieronymo uti quotidiano cultui tenerrimè addictus erat, ita illorum jam in Coelis consortio post 2. et 50 in Sancte facta stipendia eum perfrui confidimus, immortali certè in terris memoria dignissimum, et Majoribus, quos amplissima hæc Provincia unquam habuit Viris adnumerandum.

Historia Collegij Tyrnaviensis

Ad Annum 1747.

Numerus personarum.

Academicum Tyrnaviense Societatis JESU Collegium Anno Æræ Christianæ 1747 sub R. P. Andrea Pataj censuit Socios 127: ex his 28 Sacerdotes; qui literis vacabant, aut juventutem informabant, erunt 81; decem et octo domesticis ministerijs occupabantur. Quanquam primis et ille accensendus est, qui deficientis concionatoris Slavonici auxilio accessit. Quæ sub æstatis finem febris in Urbe grassabatur, haud mitius in nostros desævijt; quinos mors abstulit, reliqui magno fervore Dei gloriam juxta, ac proximorum commoda promovebant.

Sacramenta et Conversatio.

Et vero quam assidui in Sacro tribunali excubaverint judices, ex eo conjeceris, quod hostias minores 78600 partiti sint in mensæ convivas Angelicæ, quanquam et harum numerus multum cresceret, si et illæ in censum venirent, quibus per varias excursiones alibi locorum ad se recurrentes paverunt. Majorum porro consecratarum à Sacerdotibus numerus ascendit ad 41771. Nec pronum est fructus seu arcano in judicio, seu privatam per conversationem partos recensere; en paucos è plurimis. Solus concionator Ungarus quatuor et quinquagenos à totius vitæ noxis expiavit. Erat hos inter fœmina 60 supergressa annos, quæ à juventute gravius quoddam scelus occulebat, licet pluribus in missionibus confiteretur, nunc demum Sacrilegum virus evomuit eo cum solatio, morte ardentissimis ut votis exoptet. Idem non modo libros obscænos, et chartas amatorias extorsit, lites vicinos inter sopivit; sedet bina conjugum paria, quæ à triennio ob suspiciones varias graviter dissidebant, ad amorem sincerum reduxit.

Pari fructu à cœptis avocavit mulierem, quæ de fide mariti dubia, sæpius ariolos con-
„suluerat; binos ad frugem reduxit, qui jam à biennio divinis omnibus abstinebant; le-
„nonem, qui propria abutebatur hospite, domo exturbavit; duos, qui reculis magicis in-
„structi ad quærendum thesaurum consulto diabolo abire parabant, revocavit. Nec
minus concionator Germanicus insudavit: conjugibus mutuum persvasit amorem;
amuleta magica eripuit, sacrilegos plures et expiavit, et a turpitudine, besti-
„alitateq abstraxit, fœminam legitimo conciliavit conjugi, quæ alteri sponte co-
„pulata, plures annos in sceleribus transegit. Operæ magnum tulit pretium,
qui concubinam longo inveteratam tempore, primum ad confessionem sinceram,
tum et ad deserendum complicem induxit. Pari cum solatio hominem Deo dica-
„tum, at præ gravitate scelerum desperantem a deo saluti, ut de statu dese-
„rendo cogitaret, in spem erexit, confessione generali expiavit, oportunis com-
„munivit medijs, et plenæ mentis restituit tranquillitati. At enim non æquè
felix erat in muliercula vetitis cujusdam personæ amoribus implicita, hanc
enim extra sacrum tribunal privatis in laribus cum precibus, ac svavibus monitis re-
„sistere pertinacem videret, ratus minas plus profecturas, edicit complici se reve-
„laturum, quæ ab ea audivisset. Sed enim scortum impudentissimum, ita me in-
„quit. Deus adjuvet, hæc si tu propales, ego palam omnibus dicam, me nunc a te ad
scelus invitatam. Exhorruit merito sacerdos effrontem, et ad quidvis audendum pa-
„ratam temeritatem, minas verbis mutavit optimis; edoctus, ut ipse fatetur, quam
periculo sit obnoxius absq prudentia zelus, et quam caute cum ejusmodi personis
agendum.

Conciones. Verbi divini præcones linguis 4tuor in vitia detonabant: qui in æde Metropo-
„litana ad Hungaros dixit, ab ipsa mox dictione plures ad pedes prostratos vidit,
quorum alij res, dominis ablatas, restituebant, alij servitijs periculosis renunci-
„abant; alij pressa diu scelera, uberes inter lachrymas fatebantur; quin et ancilla
quæ nefariæ domini serviebat libidini, et frequentatione divinorum prohibebatur,
postea quam dicentem vel semel audijt, mox lascivum deseruit herum, longiore li-
„cet spatio temporis mendicato vivere cogeretur. Apud Moniales S. Claræ de
laudibus Assumptæ in Cælos Virginis dixit, alias in oppido Örmény coram con-
„ferto ex Magnatibus et nobilibus auditore, spectabili Domino Antonio Hunyadi
parentavit ea cum admurmuratione, typis vulgatam ut dictionem magnis lau-
„dibus omnes cumularent. Germanus alienis cathedris ter facundiam suam
indulsit: Patribus a SSma Trinitate in festo S. Francisci de Valois; Minoribus in
festo Portiunculæ; ac rursum ijsdem dum D. Petrus Regalatus Sanctorum catalo-
„go adlegeretur. Qui Slavos erudiebat, in festo Theophoriæ ad oppidum Verbo, nu-
„merosis habitatum hæreticis, evocatus, tanto argumentorum pondere præsentem
in Eucharistia Deum Hominem comprobavit, ut eodem die in collecto acatholi-
„corum conciliabulo primipilus palam asseruerit: Nunc agnosco vere et realiter
præsentem esse speciebus sub Eucharisticis JESUM XTUM cum corpore et san-
„guine; nec orthodoxum censeo, qui id negare ausit. Dixit, et in festo Natæ Re-
„ginæ in Parœcia Nemsoviensi eo cum fructu, ut Domini plures fere voti Religi-
„one sese obstrinxerint, ad coronam Marianam cum famulis et subditis recitan-
„dam

diebus Sabbati, itemq; festis Magnæ Dominæ. Quam pietatem ut augeret, Roma particulam ex velo sanctæ Virginis procuravit, ad cujus venerationem primâ statim vice ad 3000 confluxere.

Missiones.

Neq; his nostrorum fervor definiebatur limitibus: diebus Nativitatis, Paschatis, Pentecostes adbona juribus nostris obnacia itum Sellyam, ac Stredam, ad quæ ex omni late vicinia eo numero populus confluit, ut in singulis ad 3000 proxime per annum advenerit. Quanquam Sellyæ terpsa sera nempe die S. Josephi, Theophoriæ, item qin Solemnitate SSmi Rosarij nostrorum fervor elucuit. Porro ut pietatem in Virginem Semperini foveremus, quam ante biennium erecta Rosarij Sodalitate exciavimus, tres Patres hoc iterum anno in festo Purificationis, Visitationis, ac Sodalitatis titulari eo exierunt non minore spirituum solatio, quam fructu. Vergente ad terminum Autumno in Insula Cituorum duo Professores tulere suppetias Patri Ungaro, qui illic populum Sancti Patris commentationibus excolebat, ubi confessiones generales supra ducentas audita.

Catecheses

Elementa fidei linguis tribus in Urbe more annorum præteritorum explanabantur, ac in Academia præsertim Basilica, ut memoriæ tenacius inhærerent, pagellis largè donabatur ætas tenera ex Bibliotheca Catechetica depromptis, quæ ut pluribus prodessent, et quam licuit, clarissime concinnata sunt, et ad remotiora loca transmissa. Neq; Scholastici studiis adducendorum deo animarum deerant, qui in vicinis pagis magno cum fructu parvulos æque ac adultos mysteriis orthodoxis imbuebant. Roschindolienses Custodibus Angelis sacro die Supplicantium ordinem è Parochiali ad Virginis Dolorosæ auxilia deduxit, atq; ad ejus cultum adhortatus incolas finem imposuit lætus, non tam quod communis omnium secuta sit admuratio, quam quod copiosum Gallo totæ audientem nactus, et necessaria Religionis notitia erudierit, et ad honorandum continua per sex dominicas Angelicum juvenem devotione induxerit.

Exercitia S. Parentis, et Cultus Sororum Indigetum.

Spiritualibus Patris nostri exercitijs communiti primum ij qui Ecclesiastici cum amplexi sunt statum, confirmata in fervore Virginos D. Ursulæ, cum et Academica Juventus omnis exculta per quem dam Philosophiæ Professorem eo cum fructu, quem et copiosa de omni vetro vitæ confessiones, et non vulgaris morum immutatio testantur. Quale Ecclesiasticus, qui dominos ad concionatore Ungaro veritatibus his triduo est imbutus. Later consuetas S. Ignatij exercitij novenas, passim cives hunc etiam per continuos decem dies Veneris, ac Angelicum Juvenem per senas dominicas coluere, quorum ope alij tranquillitatem animi recepere, alij tentationes graviores, aut castitatis pericula evaserunt.

Conversiones.

Neq; alienis deerant sorij, dum nostrates tam sedulo excolebant: Hebræi duo Sabbatarijs tincti sunt aquis; quatuor decim Lutthero exepti. Horum duo prope sexagenarij, postquam unus ipsos 33 annos apud Miavenses templi curatorem, strenuum uterque Pseudo-episcopi quondam Germanij asseclam

egisset: effectum id sane non minore acatholicorum luctu, quam solatio uni„
„versi Capituli Strigoniensis.

Sodalitates. Dar fervor in Sodalitatibus eluxit: quæ sub vexillo crucis Un„
„garos complectitur, statis per Dominicas conventibus frequens adfuit, solen„
„nemq sibi Inventionis, ac Exaltationis diem numeroso Nobilium etiam
Sodalium affluxu celebravit. Germanica, quæ Annuntiatam veneratur
Virginem, festum titulare magno splendore obivit, ac mitratum Rectorem
suum ad aras habuit Pontificem, sacer animam agenti Servatori cœtus
tercentis defunctis novos 1127 substituit Sodales. qui una cum reliquis
consvetas devotiones magno & numero & conatu celebravere, ac potissi„
„mum Dominica Passionis. Congregatio major Studiosorum sub titulo Vi„
„sitantis fervorem suorum libris e Mariana Bibliotheca distributis
adscribit, qui & suppeditarunt materiem pijs per singulos sabbati dies
colloquijs, qua in re tam erant assidui, ut exempli sui exteros etiam secu„
„laribus in domibus habuerint sectatores. Erant e Sodalibus, qui parvu„
„los fidei rudimentis imbuebant, cives ad cœlestium contemplationem
stimulabant; quidam ea felicitate præ moerore suspendere se paran„
„tem consolatus, ut et laqueo eripuerit, & ad generalem adduxerit confessi„
„onem. Plures in assere duro, alij cilicio præcincti noctes integras exegere;
nec deerant, qui forum Academicum circa Colossum Marianum scopis ver„
„rerent; mendicorum præ templi foribus considentium pedes ac manus oscu„
„lati, eleemosyna etiam succurrerent egestati. Ritu supplicantium
semel ad Thaumaturgam Cathedralem, alias ad Moderdorfensem proces„
„serunt; breviter, ut nervose allocutus Præses adeo amore Virginis inflam„
„mavit, ut quasi dato signo provoluti in genua omnes, pauci citra lachrymas
consveta formula ejus cultui se manciparint. Hujus ærarium auctum
est 40 Rhenensibus ex legato Perillustris Dni Fülzik, ac duabus ē cera
virgine facibus. Horum vestigijs etiam humaniorum literarum bini cœ„
„tus instituere: ac insimus sacros Natæ, ac Præsentatæ Virgini dies maxi„
„mo splendore celebravit, ut etiam collucentibus centum et amplius cande„
„lis illustrarit. Uterq pietatem Sodalium qua auctam, qua confirmatam
libris Marianis refert acceptam. In minimo statutum, ut ne deinceps
tirones quidquam penderent, dum albo inscribuntur; quod tamen adeo
damno non fuit, ut supellex congregationis sex facibus candidis, totidem pi„
„ceis, ac prope 30 librarum candelis creverit; vetera peristromata novam
induere formam; quibus uti et reliquis rebus conservandis arcæ percom„
„modæ curatæ.

Charitas in Proximum. Dum tam solicite curabantur animæ, corporibus pari charitate provi„
„sum est: vinctis aut libertas, aut mitior pœna impetrata, stipe larga paupe„
„res, fomentis ægri recreati, ut rigente hyeme, calidis etiam habitaculis
reciperentur; præter 24 studiosos priorum annorum charitate ad janu„
„am alitos, alij plurimi singulis diebus pane, ac cibarijs; non raro ære, ve„

vesticulis sublevati; ac post initium grassante per Urbem febri insolita, præter pecuniam frumentum et alimenta liberaliora, etiam pharmacis charitas Superiorum subvenit. Nec minorem experti sunt affectum, seu varij Religiosi, quibus plures etiam hebdomadas apud nos commorari libuit; seu Studiosus ille, qui cum a Luthero abiuraret, plurium spatio mensium a Collegio sustentabatur. Quanquam et majoris nota Hospitum necessariam Societati benevolentiam demerebamur: ac primum Excellentissimus Vaciensium Præsul cum tota familia et domino nostro exceptus, et in Albano ijs officijs cultus est, multum ut affectum verbis contestaretur, amplissimis Sellyæ Excellentissimo Domino Personali Antonio Prasalovics cum Comitibus Forgacsijs eadem humanitas impensa. Denique rursum in Collegio Excellentissimum Dominum Colocensem Archi-Episcopum Nicolaum Csáki hospitem nacti, ijs obsequijs venerati sumus, quibus plene sibi satisfactum sinceriſſime affirmabat, gratum se fore pollicebatur.

In Confratres Charitas Novitiorum Scholasticorum.

Dignatio et Scholasticorum nostrorum charitas visa est, quæ referat. Cum enim permolesta, non tamen, ut falso jactabatur, contagiosa febris præter Scholasticos, etiam laicorum partem majorem lectis affixisset, Philosophi nostri, qui aula morbo immunes erant, aut maturius emerserant, quam præcoci, tam vegeto fervori suo oblatam rati arenam, contra Moderatorem domus adeunt, se ad vicariam ægrotorum operam non solum offerunt, sed precibus etiam urgent, ne, dum fratres suos patiendo calum rapere vident, inertes ipsi cessatores, spectare potius, quam amulari cogantur. Et vero peregerunt ea industria, qua summam sibi vendicarunt commendationem

Ingeniorum Cultura.

Qui liberalibus excolebantur disciplinis erant 1037, horum 172 Scholastica Theologia dabant operam eo cum progressu, ut D. Thomæ partem propugnarint 16, in quibus nostri quini numerabantur. Hi rursum universam tuiti sunt Theologiam, quibus duo exteri accesserunt: qui una cum Superioribus aut utiles libellos, aut Augustana emblemata in auditorem sparge-bant. In facultate Juridica unus jus universum defendit, qui dein a lijs cum duobus Suprema juris utriusque laurea meruit coronari. Quod ut majore promotorum solatio, Spectatorum cum plausu fieret, sedulo curatum, ne non maximi aderant, distributa sunt Maximæ Juris canonici, civilis, et Aulicæ. Problema fuit: an togata militia præstet sagatæ? Metaphysica universam defensuros Philosophiam nostros produxit 13, e Rebus externis quindenos. Tunica Suprema ornavit 31, quorum actu distributus est liber de vanitate consiliorum. Problema discussum: an difficilius dare consilium? an exequi? Ex ijs ingressi Sodalitatem duo; septem Ecclesiasticam statum amplexi. Physici numerabantur 90, quos inter comes unus; per illustri de stirpe 4. Baccalaurei renuntiati 62, quorum impensis aula Academica ea parte, quæ ingredientium oculis

Doctorandi Juris. Pro tres simul rationem unus Bohemus, alter Ungarus, tertius Transylvanus dicebatur.

obversatz, elegantem adoptice leges faciem induit. Duorum hoc in actu honoribz oblati Imperatores Otomanicida capta Constantinopoli, quos nunc primum no-
„stri cujusdam Professoris industria eluucubravit. Problema mathematicum exhibuit: Quomodo in hortorum arcolis describi possit Sciathericum ex flo-
„ribus, aut herbis, in quo statua quapiam, aut altitudo alia styli munus obeat. Clerici ex his facti sunt 6. Logicam frequentarunt 100, e quibus tres illu-
„strissimi; duo Spectabiles, nobiles complures. Theses Proœmiales Au-
„gustano sub Emblemate tuitus est Spectabilis, ac R. D. Paulus Bobost' è Seminario S. Stephani. Societatem nostram ingressus est unus, alios vero sacros ordines circiter viceni.

Humaniorum alumni praeter eos, qui domum remissi, erant 600, in quibus Illustrissimi 5, totidem Spectabiles, 27 Perillustres, Nobiles multo plures. Rhetores declamarunt bis; anni subfinem juncti alij elegantj dramate Lentis Flavia in fide Xtiana constantiam exhibuerunt; postquam jam prius Philosophiae Magistris obtulere Panegyricum lustri militaris sub felicissimis Auspicijs Mariae Theresiae Hungariae, Bohemiae Reginae. Poeta ter declamarunt. Baccalaurei dicarunt: Epistolas Heroum, qui sub Augustis Mariae Theresiae Auspicijs anno superiore in Italia milita-
„runt. Syntadis in scenam dedit: Clementiam Attila parricidam vita donantis. Grammatica Simonem Machabaeum a Ptolemaeo Genero trucida-
„tum bis cum plausu produxit. Infima: Josephum agnitum. Elementaris in Potisalvo victricem de amore paterno Severitatem. Tres Classes Superiores ascesi Ignatiana exercita, decem postrema dies D. Xaverij; universi sex Do-
„minicas D. Aloysij honoribus impenderunt. Societatem exijs impetravit unus, duo S. Pauli Coenum, Hunor Statum Ecclesiasticum ingressi. Omnium pietas sub magistro est conspicua, ad gradus Beatissimae Virgini sacros ara nova surrexit, cui auro, et coloribus eleganter vestita est: ad essere Cru-
„cis S. Emerici et Casimiri auro oblita; impensis in haec Athenensibus 70. Industria Magistrorum etiam Scena theatri minoris elegantem formam induerunt.

Libraria Supellectili auxerunt:

Thesaurus Sacrorum Rituum Gavanti et Merati in folio.
Verus Ecclesiasticus vocationem suam cognoscendi avidus Josephi Mansi
Alphabetum Xti P. Nieß e S.J.
Alphabetum Diaboli; autore eodem.
Honorati Tournelli cursus Theologicus in tomis 6. In folio.
Ex actis Pictorum editionis Antuerpiensis duo postremi tomi Augusti, et primus 7bris.
Ex ijsdem editionis Venetae 2dus et 3tius tomus Julij.
Joannis Schwendtneri Scriptorum Ungaricae tomus 2dus.
Tractatus Theologicus primus P. Antonij Erber.
P. Vincentij Houdri bibliotheca concionatoria in tomis Hunor.

In Museo Mathematico quadrans cupreus erectus est; polysbastum commodius aptatum; Winckleri opus de vi electrica procuratum; Speculum parabolicum ornatum; ad bibliothecam crates affabre elaboratae, aliae non paucae curatae; in quae munificentia R.P. Rectoris florenos 32, Museum 36, universim 68 impendit.

Rem oeconomicam quod attinet, in lucris numerat, quod cum ex pacto in Tabula Regia sumptibus non minimis evictionem præstare debuisset pro quadam portione possessionis Binnyocz, quam cum hoc onere Rector Collegij 1713 vendiderat, causam absq ullis prope impensis ita terminarit, onus ut evictionis in perpetuum tolleretur. In tritico plus notabiliter acquisivit, quam reliquis annis evoluti proxime sexennij. At neq a detrimentis immunes eramus: grassante lue pecorum ad 300 Rhenenses amisimus. Quod tamen non obfuit, quin supellex domestica magnis augeretur incrementis. Pro cella vinaria replenda, vasis compluribus fabricandis, ac uno 216 urnarum capaci, eorumq lectis instaurandis impensi floreni plus quam 5500. Restitutum est nitori triclinium, repurgatæ imagines, quarum listæ jam marmor venis aureis distinctum apte referunt; stannea etiam supellex restaurata, ac orbes novi duobus e centenarijs fusi. Cubicula plura renovata, et instructa; novæ fornaces erectæ; Infirmaria major tota diversam a veteri faciem accepit. Quin et lecticæ ferreæ mundiliei causa pro Scholasticis factæ. In hæc mille, et amplius floreni impensi. Ad hæc allati et accommodati sunt novi tubi, per quos aqua in culinam defluit; familiæ habitatio, et camera farinæ conservatoria reparata. In Sellyensis Residentiæ novum tectum expensi floreni 440. Modræ statio pecorum nova surrexit; stredæ horreum auctum est et renovatum. In templo rimæ laquearis, ac laterum clausæ, templum totum repurgatum a pulveribus per Artificem Vienna evocatum, postremus navis murus inalbatus, et novis fenestris redditus illustrior. Pro choro præter copiosas chartas musicas, binæ fides, totidem tubæ campestres, ac aliæ recurvæ procuratæ. Steterunt hæc rursus tercentis facile florenis.

Oeconomica.

Seminaria curæ nostræ credita ut attingam, Collegium Generale Cleri Regni Hungariæ præter duos mensæ 2dæ Convictores, censuit alumnos duos supra sexaginta. Census hic subinde imminutus est, cum duodeni sacerdotes ad varias Diœceses pertinentes, ad studia animarum egressi sunt. Quaterni cum vel affecta essent valetudine, vel instituto vitæ, quod susceperunt, quavis ratione inutiles viderent, retro domum, unde venerant, remissi sunt. Unus ad Germanico-Hungaricum S. Apollinaris in Urbe Collegium translatus est. Cæteri sua studia prosecuti sunt; atq ut varia erant indole, varium proventum dedere. Theologis inventi sunt quaterni, qui doctrinæ suæ conscij, ac necessarijs sumptibus unde unde adjuti, partem unam Theologiæ publicæ propugnarent. Plures cum felicitas ingenij, tum assiduitas in eo studio pares fecerat propugnandæ Universæ Theologiæ; verum huic rei partim Mæcenatum inopia, partim necessitas in vinea Domini, ad quam præmature evocati sunt, obstitere. Prima Philosophiæ laurea ornati sunt seni, primo quidem loco unus, tertio alter: reliqui secuti sunt. Magistri Philosophiæ renuntiati sunt quaterni: 1mo loco duo, 2do unus, 4to unus. Tres priores universam Philosophiam cum præclara laude, suiq et Collegij commendatione propugnarunt. Quantum ad

Seminaria

ad oeconomiam. Ex eis Danubianis Collegij fundis, proventus paulo melior, quam annis proxime superioribus. Cumenim in vicinis provinciji, sicilate omnia arescerent, in valle Nitriensi cum agri, tum prata, et vineæ opportunis pluvijs recreatæ sunt. Sed et fundis trans Danubianis facilé calum, sumptusq; eloperas prosperavit. Verum V Calendas Junij, in Oppido Peresztén fortuito, an oblato incendio? cognitatius fuso, prædium Collegij, cum novem alijs domibus, haud levi rei oeconomicæ detrimento, in cineres abijt. Vilescumodiosæ, tum sumptuosæ Collegio intentatæ, adhuc subsidice sunt.

Congregatio B. M. V. sub Tit. Purificatæ.

Præses Congregationis domestica sub Tit. B. M. V. Purificatæ, addit quæ sequuntur. In supplicatione Theophorica, pro decantando Evangelio ad januam Collegij, excitatum est propylæum, 24 pedes altum; 20 latum, in summo referens Arcam fœderis, radijs collustratum, tam quatuor in partibus, quàm vitibus totidem, humeros ferendæ Arcæ, cum pietate apparentes. In medio ambitus, marmoreos simulans cancellos prominebat: aræ Angelethus adolentes incumbebant. Valvæ in columnarum seriem bene longam abire visa: in quorum sinuuno, populus Israelitius panem de Cœlo depluum, in castris colligens, Moyse q; medius Deum cum admiratione adorans: in alterò Melchisedechus cum exercitu, obvianti Abrahamo, panes propositionis, vinumq; offerens, spectabatur: his adjecta a lateribus statuæ: Davidis cum cythara ludentis; Aaronis altera thus adolentis. Resomnis gratum populo dedit spectaculum, elastificum Pictoris, nuper admodum Viennæ adventantis peritum illum summopere commendavit. In hoc tale propylæum impensi sunt floreni 60. Præterea oblati sunt libri 4 Institutionum Juris Canonici, Authore Francisco Antonio Phœbeo è S. J. In emolumentis numerat Congregatio ducentos amplius florenos; centenos quidem munificentia Illmi ac Revdissimi D. Eppi Wésziprimiensis, Martini Biro, Xenio Seculari anni destinatos.

Sumeravit Mariano-Szelepsénéana domus alumnos clericos viginti, juvenes seculares sex et triginti, quibus accesserunt convictores deni. Ex Theologis unus partem D. Thomæ cum laude tulit est. Alter, licet intra annum ad Capellani munus egressus fuerit, sub finem tamen anni Scholastici reversus, universam Theologiam egregie propugravit. Ad curam animarum evocati sunt terni, literis et virtute probe instructi, Philosophi industrii sua præmia retulerunt, dum in solitis gradibus Academicis primos inter nominari meruerunt, et in Baccalaureatu unus primum, in magisterio alter 2dum locum obtinuit. Universam Philosophiam ex Clericis unus, bini ex Secularibus sub elegantibus viribus præclare propugnarunt. Humaniorum literarum studiosi, altiore æmulatione, inconsuetis declamationibus aliqui constanter primi, alij primis proximi lecti sunt, et subinde exitum, dum bene meriti præmijs donarentur, in Seminarium duodenam præmiorum intulerunt. Pietatem morum probitatem studijs literarum junxerunt incolæ

domus hujus, quibusdam otij et libertatis amantibus, intra annum amandatis. Bini statum Ecclesiasticum amplexi sunt; bini ordini S. Paulini primi Eremitæ nomen dederunt, unq Societati nostræ adlegi meritus est. Inter emolumenta censet domus, vineas multis millibus vitium auctas, hortum suburbanum, centum et amplius arbusculis fructiferis recens plantatis excultum. Inter detrimenta vero, villam lue pecorum non mediocriter imminutam.

Seminarium S. Adalberti numeravit præter tres nostros, alumnos 50, ex quibus clerici 29, seculares 21. Convictores 8, ex quibus Barones tres, cæteri spectabiles, nobiles. Partem unam D. Thomæ propugnarunt bini. Universam Philosophiam unus ex Clericis. Baccalaurei Philosophiæ creati sunt clerici 4, seculares bini, quorum unus primum, bini 2dum, 4tus 3tium in gradu locum obtinuerunt. Magistri vero bini 2do & 3tio loco. Ad curam animarum evocati sunt sex. Humanistæ ex actione præmisera retulerunt præmia 12. Horum unus Societatem nostram ingressus, alter statum clericalem amplexus est. Cellæ vinariæ accesserant sumptibus Seminarij nova vasa ad 80 urnas. Reparatio rimarum domi, forisq impendijs non modicis facta: fons domesticus mundatus, tegulis novis expositus. Cinctura horti utriusq restaurata, repagulisq contra vim aquarum munita. Inferior ambitus Seminarij novis fenestris instructus.

Accessit his redivivus e ruinis Convictus Regius quanto patriæ juventutis commodo, tanto bonorum omnium solatio. Postea quam enim annos non paucos ejus reparatio & census intra desideria hæsisset, postremis deniq Regni comitijs Rector ejus temporis nulli pepercit industriæ, ut Magnates, aliosq, quorum intererat, ad fundationem in integrum restituendam permoveret. Et vero tantum effecit, ut Excellmus D. Comes Gabriel Erdödi Episcopus Agriensis cum Fratre suo Excellentissimo Comite Georgio Erdödi Cameræ Ungaricæ Præside omnem moverint lapidem, quoad reparationem Regnum omne suffragijs communibus sanciret. At enim non multo post quorundam voluntates eo spectabant, ut fundatio hæc non Convictui huic, sed nescio cui nobilium Academiæ erigendæ impenderetur, ad quam instruendam advena quispiam sese offerebat. Jamq decreto ex Cancellaria misso sensus consilij Regij petebatur, ubi locorum eam excitandam censeret. Tum enim vero Rector Collegij nihil morandum ratus, libello supplici primum apud Regni primatem Emericum e Comitibus Eszterhazy, tum etiam apud Majestatem Regiam ijs argumentis pro Convictu egit, ut omnes adversantium conatus dissiparit. Hæsit nihilominus negotium, donec modernus Collegij Rector non minus apud Cancellariam Ungaricam, quam consilium Regium rem tam serio ursit, ut per hos Augustæ demum nostræ proponeretur. Gessit illa morem suadentibus ac supplicibus pro insigni suo non minus in gentem Hungaram, quam artes optimas affectu, et quamvis ærarium laboraret.

Convictus Regij instauratio qualis?

magis in dies, convictus innovationem benevolentissime indulsit. Porro ne res intra verba sisteret, mandata Regia ad Cameram illico expedita sunt, ut per annos vacaturæ Strigoniensis sedis quina Rhenensium millia, quæ Eminentissimus olim Pazmanus huic operi pia liberalitate consecra„rat, Pontifex et Ferdinandus 2dus confirmarat, ex censu Archiepiscopi, quē Pisetum vocant, quotannis penderentur. Nec minus montanæ Cameræ imperatum, Regiæ ut voluntati hoc in negotio acurate obtemperaret. Pro„gressa ulterius Dominæ Nostræ beneficentia, quod Ferdinandus olim 2dus Pazmanianæ fundationi addiderat, ratum habuit, ut summæ priori duo millia florenorum ex Regio Cremnictensi ærario adjungerentur, ac dimi„dium festo Purificatæ, Virginis Eli[illegible] in Coelos assumptæ reliquum deponeretur. Necessarij non minima summa æris cum suppeteret, Excelsum Regium Po„soniense consilium manus operi admovit, ac primum decreto misso Convictus administrationem, ut ex mente pijssimorum Fundatorum nobis competebat, penes Societatem reliquit, ac impense commendavit. Tum e statu nobilium Consiliari„um Spectabilem Dominum Ladislaum Barinyai, qui alias jam strenuam negotio huic impenderat operam, designavit, inspectoris ut nomine Convictui instaurando præesset. Re dein cum nostris agitata, rudera statim ipso Janu„ario solo æquari cæpta, provisum de omnibus, quæ fabricæ cum vere incho„andæ necessaria forent. Nostro demum Directore per æstatem tam solerter erant operæ, ut pars anterior, quæ occidentem respicit, ad 3tium jam ambitum magnifice assurexerit. Porro et memoriæ, et celebritatis causa juvat sub„jicere, qua ratione prima operis jacta sint fundamenta. Anno itaq 1747 die 23 Maji circa meridiei 11mam assistentibus omnibus Collegij Generalis alumnis, prælata cruce e Templo Academico Mytratus processit Rdissimus Dominus Stephanus Nedeczky sede vacante Vicarius Generalis, quem sequebantur Illmus ac Revdissimus D. Paulus Barlaskovics Eppus Al„misiensis cum Convictus Regente, ac reliquis e Collegio nostris. Eodem tempore ex domo Rdissimi Dni Parochi egressi sunt: Excellentissimus D. C. Franciscus Eszterházy de Galantha Tavernicorum Regalium Magister, cum Excellmo D. C. Paulo Balassa de Gyarmat, Excelsi con„silij Regij Consiliario. Spectabilis D. Ladislaus Barinyai Consilij e„jusdem Consiliarius cum Rdo Patre Provinciæ nostræ Præposito. Hujus so„cius cum magnifico Collegij Rectore. Rector Posoniensis Collegij cum Universi„tatis Cancellario, alijsq Patribus nostris. Ubi ad fossam, quæ una cum gradibus peristromatis ac tapetibus instrata erat, ventum est, Revdissimus Pontifex ijs fere precationibus, quæ in Ecclesiarum fundamentis jaciendis adhibentur consecravit locum; quo tempore tubæ ac tympana festum resonabant. Subinde his tacere jussis, Illmus Comes Josephus a Berchtoldt Poeta, Excellentissimū Comitem Franciscum Eszterházy ad ponendum primum pro Augustissima

Regina Maria Theresia lapidem invitavit; cujus dictione finita, eidem Excellmo Dno a 4 juvenibus argenteo in disco affabre elaborata murariorum instrumenta oblata sunt, quibus ille acceptis, operi se accinxit, ac lapidi ingenti excavato pyxidem stanneam imposuit, quae praeter varias modernorum Thaumaturgorum reliquias, rariores ex auro, argentoq; praecipue quibus Augustissimae Dominae nostrae coronationes exhibebantur, monetas, pergamenam bene magnam continebat, cum hac inscriptione in medio:

DEI. OPTIMI. MAXIMI.
Magnae Hungarorum Dominae
Auspicijs.
Clementissime annuente
Augustissima Hungariae Regina
Maria Theresia
Augusta
Trium Principum
Josephi. Caroli. Leopoldi
Parente.
Pontifice Maximo
Benedicto XIV
Francisco I
Romanorum Imperatore semper Aug, Regniq Corregente
Palatino
Excell. D. C. Joanne Palffi ab Erdödz.
Judice Curiae
Excell. D. C. Josepho Eszterházy de Galantha.
Bano Croatiae
Excell. D. C. Carolo de Battyán.
Cancellario Regni
Excell. D. C. Leopoldo de Nádasd.
Praeside Camerae
Excell. D. C. Georgio Erdödi.

Universo Excels. Cons. Loc. feliciter cœpta
benignissime promovente
Augustæ Reginæ Nomine
Primum lapidem imponente
Excell. D. C. Franc. Eszterhazij
Diei solemnitatem gratiosissima præsentia cumulante.
Excell. D. C. Paulo Balassa
Fautore, Promotoreq;
Primum lapidem initiante
Revdissimo D. Stephano Nedeczky de eadem
Sede Vac. Vic. Pen.
Suprema cum potestate fabricæ
Præfecto
Spectab. D. Ladis. Barinyai Cons. loc.

Ad dextram erant nomina A. R. P. nostri, R. Ptris Provincialis.
Rectoris magnifici, ac reliquorum nostrorum e Collegio.
Ad Sinistram vero Senatus civici, et Assessorum Tabulæ Districtualis
Cis-Danubianæ.

Tandem res tota sequenti claudebatur chronographico:

ÆqVata soLo VetVstIore spLen DIDIor
HVngarICæ sVrgIt IVVent VtI æDes.

Die 23 Maji infra octavam magni moderni
Orbis Thaumaturgi D. Joan. Nepom.
ex Latere
Murar. M. Antonius Kessler.
Ejusd Locuml. Jos. Sauer.

Hæc omnia lapidi imposita cæmento clausit Excellmus D. Comes.
Huic successit Archi-Episcopi nomine Revdissimus D. Nedeczkj, invitatus
a Perillustri Adolescente Joanne Kazi Poeta. Tertius lapis ponendus oblatus
est Excellmo D. C. Paulo Balassa nomine Excelsi Consilij, a Floriano L. B.
Horeczki Syntaxista. Quartum demum Joannes Leibnitzer Syntaxista de-
tulit Revdo Patri Provinciali nostro. Audiebantur interea tubæ ac tympana,
ac ad cujusvis lapidis impositionem solvebantur mortaria. Quibus peractis, or-
dine Academicam petierunt Ecclesiam, ubi Hymno Ambrosiano actæ Dei
gratiæ, terminata solennitas non minore omnium ordinum solatio, quam affluxu.

Epulum subinde exhibitum Excellmis, ac Illmis Dnis hospitibus in col-
legio, cui experimenta antliæ pneumaticæ, ac deniq drama minore in the-
atro successit. His apud pretiosos hospites eam inivimus gratiam, ut ho-
dieq

prædicent, se magnifice, ac pro dignitate a nobis cultos fuisse. Porro qui Convictus hujus instaurationem plurimum promoverunt, erant: Celsissi„mus Primas Regni Emericus e Comitibus Eszterhazy, Excellmi Comites supra memorati Erdödij; Excellmus D. C. Leopoldus Nádasdi Regni Can„cellarius, Excellmus D. C. Paulus Balassa, Spectabilis D. Ladislaus Bari„nyai, Magnificus Dnus Palasti Referendarius, digni omnes, quos grata me„moria posteritas omnis veneretz.

Elogia

Reliquum est, ut vita functorum laudes posthumas referamus. Primus hoc anno triumphantem, ut confidimus, adijt Societatem P. Geor„gius Mihaloczi, natus anno seculi superioris 88vo, 9na Aprilis in oppido Kiss-Szucsán-Ujhel; nono hujus ingressus Societatem ad S. Annæ; 28vo quatuor vota Professorum catalogo Trenchinij adlectus. Sexennio Tyrnaviæ rem curavit oeconomicam; annos novem superior nostris præfuit; reliquum tempus omne in concionibus et laboribus Apostolicis exegit. Vir enim vero seu a præclaris vitæ religiosissimæ exemplis, seu a magnis pro Dei gloria, proximorumq; salute operibus commendatione dignissimus. Cum diceret, tonare, fulminare visus; a quibus vel semel auditus est, tantum sui desiderium reliquit, ut post plures etiam annos summis laudibus afficeretur. Qui longiori vero tempore dicen„tem exceperant, summi juxta ac infimi, adeo in Patris Michaelis potestate erant, ut vel a nutibus toti penderent; certe, tanto ejus audiendi tenebantz desiderio, ut cum apud nos in templo Lazarethi ultro diebus festis doctrinam Xtianam explanare cæpisset, non magna modo populi vis, sed Senatores ipsi, alijq; majoris notæ eo convolarint. Dum Cassovia ad nos abituriret, par magna Civitatis ultimum litanti adfuit, atq; uberes inter lachrymas Patri opti„mo vale dicens, ut sibi bene precaretz, genibus nixa oravit. Neq; mirum: Sensere nobiliores eripi sibi virum, cujus consilio gravissimis quibusq; in rebus nitebantz; Sensere inopes eum a se discedere, cujus liberali charitate forebantz, nutri„ebantz, vestiebantz. Quo Divini honoris flagraverit studio, testatz hodieq; tem„plum Turoczij in monte Calvariæ per eum a fundamentis erectum, ac muro cir„cumdatum; testatz vallis Dominorum, ubi templum turri vasta, sacello D. Xaverij, sacroq; ad rem Divinam apparatu ornavit. Quæ quidem turris cum erigeretur, pe„culiaris Dei optimi in Patrem Georgium cura eluxit. Cum enim invisurus operas, pegma supremum, inferioribus jam dissolutis conscendisset, accidit forte, ut asser male firmatus cederet, atq; is una prolapsus magno impetu deorsum ferretz. Nemo erat, qui vitæ labentis non desperarit; cumq; opem ferre nequirent, conflactum jam et exanime, ut putabant, corpus in Residentiam ferre properabant. At enim dum humi collidendum frustra circum spectant, media e trabe pendulum intuentz, quam ille in casu ambobus complexus brachijs eousq; tenuit, donec ab accurrentibus deponeretur salvus, integerq. Testantz veteres montes, in quibus ad Ecclesiam, D. Annæ ædi„culam adjunxit; testatz et capella carcerum Tyrnaviensium, in qua instaurata, ac subsellijs instructa, elegantem ex integro aram erexit. Bina insuper morientis in Xce Dni sodalitia instituit, ita omni modo satagebat, ut quos

„curabat, et sic viverent, et felices morerentz. Finem imponat omnibus magni„
„fitus ille mons Calvaria, quem Castoria extruxit; in quo ille tot, tam g Sum„
„ptuosa posuit edifitia, ut peritorum calculo Athenensium triginta millia ex„
„cedere ferantur. Quot jam impensis Rae omnia steterint, nemo non videt;„
quod sane non minus peculiarem Patris Georgij cum quibusvis agendi dex„
„teritatem, quam gloriae Divinae amorem commendat. Quanquam non minore
studio Sociorum, quibus praerat, commoda procurabat. Angusta erat in
Valle habitatio: at ea binis cubiculis, triclinio, cella vinaria, ac pe„
„nuaria ejus solertia auctam se esse gaudet; ligneis Residentia Turoctiensis
circumdabatur ambitibus: at his ille novo e lapide substituit non minore Soci„
„orum commodo, quam loci ornamento. Utinam vero eorum liceret in hoc nume„
„rum, quos ab erroribus abductos, Caelestia restituit! en ex unque leonem:
vel Castoria 585 censentur. Ceplanisse superis magnos Patris Georgij labo„
„res eventus docuit: dum tot ac tanta ageret, nec pauciora, nec minora tulit.
Quanquam ille sibi non minus in his constabat, quam seu per vitam, dum acu„
„tis podagrae urgeretur doloribus; seu sub finem vitae, dum toto corpore labora„
„ret: sensus expertem dilisses, qui nunquam queri est auditus. Jam extre„
„mum unctus, primum pro impensa sibi, ut jactebat, indigno charitate, Recto„
„ri gratias egit, tum ab astantibus erratorum veniam petijt, demq; postquā
sincerissimum Crucifixo fixisset osculum, testatus, impavidum se mori, qui
vitam per omnem redemptis Domini sui sanguine animabus opitulari stu„
„duerit, animam vere Apostolicam Coelo transmisit 5ta Augusti.

Saro Natae Reginae Angelorum die sub 7ve Spertinam extinctus est Rmus no„
„ster in Xto Frater Mathias Hoffer, natus Crembsij anno 90 Seculi prioris, hujus
vero 13 Societatem Trenchinijng ressus; post jacta virtutum fundamenta, varijs,
ijsq; fere majoribus in domicilijs cellam vinariam sex omnino et viginti annos pro„
„curabat. Famae custodiendae, aut triclinio curando subinde admotus, omnes bom
ae industrij fratris partes explevit. Paralysi omnium membrorum captus ad nos
hoc anno venit; at medicorum cura, usuq; thermarum subinde restitutus, per trime„
„stre ita valuit, ut recurare triclinium, e, in choro frequens adesse posset. Demum
ante triduum inopina virium defectione ita sibi ereptus est, ut e Sacro ritu extre„
„mum ungeretur, et inter repetitas praesentis continuo Sacerdotis absolutiones
in maxima complectantium nostrorum corona e vivis excederet.

Hunc 13 Mensis ejusdem secutus est Rmus noster in Xto Frater Joannes
Loff, editus in lucem Schurtzij 1692; exacto ad S. Annae tirocinio, Martha mu„
„nia exercuit Schurtzij primum, tum Traunkirchij annos 22; hic etiam formari
meruit coadjutor; tum Crembsij ac Sopronij oeconomum ac obsonatorem egit annis
singulis. Ad nos pro dispensatoris Socio missus, cum post annum per attritas labor bg
vires impar esset, triclinio praefuit magna cum laude. Frater ita patiens, ut
nemo indignantem unquam viderit, licet in officijs plures occasiones nanisce„
„retz; morum candore, vitae integritate, peculiari in omnes reverentia, hilari ad
quidvis agendum promptitudine charus erat universis. Spiritualium rerum

usu mire delectatum fuisse, cum plures apud demortuum hujus argumenti libri reperti testantur. Ad extremum febri degenerante in malignam 4 pene hebdomadas afflictus, anno ætatis 55 mortem vitæ religiosissimæ parem nostros interpre-cantes oppetijt hora 3tia pomeridiana, postquam omnia morientium Sacramenta per-cepisset.

Charissimus noster in Xto Frater Henricus Böhm eodem mense, die 23 felici ut speramus, æternitati transcriptus est; quem Alba-Regalis anno seculi prioris septimo supra 90 dedit mundo, Trenchinium solidis ad virtutem fundamentis in-struxit. Ipsos 10 annos cellam vinariam apud nos curavit, acuratus semper non minus in vitæ regularis observantia, quam officio suo explendo; sui similes cha-ritate non mediocri: Sacerdotes, atq alios magna reverentia prosequebatur. At subinde prolapsus in morbum, phreneticis convulsionibus ita misere affectus est, ut sexennio reliquo, quo triclinium curabat, memoria viæ quidquam retinere potuerit. Quo tamen tempore non modo superiorum jussis parebat alacriter; sed socios etiam suos peculiariter observabat, ut res sibi creditas, quarum obli-tus non est, acurate exequeretur. Veteri correptus malo, et sui impos, cum phar-maca rejiceret, ut par erat, juvari non potuit; quare Sacramentis procuratus omnibus, post durum 4 et amplius dierum agonem in magna nostrorum coro-na vivere desijt.

Postremum denique hoc anno 9 8bris tumulo intulimus Chmum no-strum in Xto Fratrem Antonium Steffaner, communi omnium, quibus notus erat, dolore. Natus Aº 1714 4 Novembris in Eglin prope Dilingam; admissus ad Societatem Crembsij, et ingressus Viennæ 1737. Ex Tirocinio translatus Pinsium, lineam ac laneam curabat supellectilem cum Sacristæ officio, qui-bus omnibus ita satisfecit, exteris ut æque ac nostris esset Charissimus. Et vero suavitate, comitateq agendi liberalitatem plurium provocavit, ut pro Eccle-siæ illius ornamento, nec pauca, nec exigua impetrarit. Apud nos anno uno domus Dei nitorem servabat maximum; certe vel in ultimo morbo sui muneris tam studiosus, ut ne adjutores, ne dum vicarios admitteret, donec superiorum cha-ritas invito addidisset. Hi nempe fructus erant religionis in Deum, pietatisq in superos, quam assiduo precandi studio ita nutriebat, ut cum supremam ad lu-ctam sacro ungeretur ceromate, licet mentis impos, salutationem Angelicam, cœlitumq nomina ingeminaret; tres hebdomadas maligna febri exagita-batur, nec omissum quidquam industriæ, quo pretiosum obmorum candorem Antonium retineremus; at enim Deus maturum cœlo, vel antequam co-adjutor formaretur, ad recte factorum præmia evocavit.

Historia Collegii Tyrnaviensis S. J.
ad annum 1748.

Aluit Collegium nostrum anno hoc Personas 129, è quibus Sacerdotes 29, Scholastici 82, fratres 18. Ex his Sacerdos unus, unus Coadjutor ad Indias profecti. Effecère hi opera sua, ut nihil omnino, quod aut ad rem domesticam procurandam, vel verò fini Societatis, quem constitutiones nostræ unicè cupiunt, ad majorem Dei gloriam, salutemque animarum promovendam deesset, desideraretur, vere Religiosi, operarii indefessi. Horum certè zelus adeo domesticos intra parietes contineri non potuit, quin ubi à laboribus solitis otium aliquod nanciscerentur, in vicinos quoque Urbi nostræ pagos, et Oppida diffunderetur. Dixere ad Concionem non minus nobilem, ac copiosam in diversis locis non exigua Auditorum admiratione, Societatisque commendatione decies et quinquies evocati; et quidem Concionatori Hungaro Dominicali, cujus in dicendo elegantiam, in persuadendo facilitatem, dictionis vim et robur frequentes populi audientis lacrymæ, finita dictione in S. Tribunali fructus, nec non copiosus in rebus dubijs consulentium (: post singulas fere dictiones :) numerus testatus est, ternis vicibus honor huic obtigit, et primo quidem imponente Ecclesiæ primum lapidem Illmo, ac Rdssmo Archi-Abbate Montis Pannoniæ Comaromium evocatus non tam summa Civitatis totius approbatione, quam applausu dixit, suique sermonis altè in animis audicatum reliquit memoriam. Secundam Panegyrim concinnavit S. Paulo primo Eremitæ intra Urbem; 3tiam demum in festo S. Claræ apud Sancti-Moniales ejusdem instituti, utrobique plena cum satisfactione. Hujus industria conversi sunt tres, duo è Calvini secta, tertius è Schismate Ruthenorum.

Non minori laude munus suum obivit is, qui idiomate Slavico dominicis diebus dixit ad populum. Nam lectissimorum Sententiarum, quibus sermonem suum condiebat vis, et in dicendo suavitas adeo Auditorum penetravit in animos, ut ejurato Luthero novem omnino Orthodoxam fidem amplexi, Sacrilegi 17 ad saniora expiatis inter lacrymas Sceleribus reducti, complures à turpi cum brutis peccandi consuetudine, adulteris amoribus, fœdo concubinorum laqueo irretiti saluti pristinæ sint restituti. At nec hujus zelus urbe nostra arctari se passus est, quin ad tria, quatuorve ab urbe stadia expetitus salutem sitientibus præsto esset. Quinquies honorariam conscendit Exedram, primò in oppido Verbó festo Dni corporis Xti coram copiosum heterodoxorum una ac orthodoxorum non minus numerosum ac nobile Auditorium energiâ dixit, ut civis quidam annorum 97 senecio Luthero devotus, frequensque ab annis plurimis Solemnitatis hujus auditor una ac spectator Patris sermone motus inter lacrymas palam pœnituerit, et copiosos singultus inter pœnitudinem ostenderit, quod tardè admodum instructui divinos paruerit, et ad Orthodoxa sacra animum obduratum flexerit. Alias Panegyres quaternas, unam in Pustafedimes festo Virginis Elizabeth visitantis, in oppido Szakensi, aliam pro festo S. Annæ; aliam in Cziffer loco nobili in festo Assumptæ Dum pmæ beatæ hospitiam Alumnorum quidam è Seminario S. Adalberti; quintam denique Galgoczij oppido nobili, frequentissimoque, in festo S. Francisci Seraphici apud RR. PP. Franciscanos eleganter concinnavit. È Sacro oratore subinde Asceta factus, in Nagy Surany oppido juri hæreditario Excellmi Dni Eppi Nitriensis Emerici Eszterhazi de Galantha subjecto ascesim Ignatianam, nunquam hactenus à radi hoc populo auditam, per triduum instituit eo fructu, ut cum Socijs suis mille tercentis, qui anteacta vita sua culpas per generalem Exomologesim expiarent, aures præbere coactus sit. Inter hos mulier quædam digna memoriâ quadraginta circiter annis adultera, sacrilegaque: altera vaga ab annis 20; 3tius denique veste Sanctitatem mentitus, vagus ibidem et illicitis amoribus irretitus annis 34 saniora copiosas inter lacrymas spopondère.

Fructus è concionibus nostrorum

Exercitia exteris tradita

Germanus quoque Orator suus non caruit solatio, qui auditorem suum ita devinxit, ut ab ejus ore, nutuque penderent omnes, monita impigri sequerentur. Dixit is quoque quinquies ad honorarias postulatus Cathedras, bis ad S. Ursulæ, semel quidem in ejusdem festo, in festo S. Augustini vice altera; 3tiam apud RR. PP. Franciscanos in festo Portiunculæ; 4tam die Sm̃i Rosarii apud RR. PP. Paulinos dixit; 5tam denique apud RR. PP. Trinitarios in honorem Sm̃æ Trinitatis peroravit. Data sunt etiam primo triduo hebdomadæ Sanctæ eidem nationi S. Parentis nostri exercitia, ad quæ omnis, quæ tum hic morabatur nobilitas primaria non modo diligenter comparuit, verum etiam ut prima omnium advenerat, ita ultima ex Ecclesia redivit. Devotio hæc diebus singulis musicâ terminabatur symphoniâ materiæ meditationum accomodatâ. Denique operarij hujus industria factum ut ejurato Luthero Catholicis Sacris 7 accederent. Missio Leopoldopolitana præter alios Apostolicos labores fructuosè impensos, numerat ad fidem veram conversos 42, militibus è legione Forgachiana ad restem damnatis quinque non sine maxima spectantis populi ædificatione spirituale solatium impensum. In arce Galgoczensi semel ad populum dictum.

Missiones in bonis Collegij laudabili Superiorum zelo jam dudum inductæ, et à RR. PP. Professoribus quotannis fieri solitæ, pro diversitate Idiomatum bifariam sunt divisæ: Sellyensem Hungari occuparunt, Sztredensem Slavi, adjunctis utrinque in laborum Socios Scholasticis. Iterantur hæ festis Natalitijs, Paschatis, et Pentecostes operariorum labore magno, majori animarum fructu, maxima Soctis per totam viciniam apud Summos, et infimos laude, imo infensos eam æstimatione, incredibili pro S. Tribunali sedentium PP. solatio; præter missiones has hoc anno à RR. PP. Professoribus Conciones honorariæ in adsitis Urbi nostræ oppidis ternæ sunt declamatæ, quini ejurata hæresi ad saniora reducti. Missiones in bonis Collegij

Heroici certè Patrum nostrorum labores, qui ab incolis domus hujus anno hoc exantlati sunt, non modo operarios in vinea Domini strenuos, sed etiam Apostolos indefessos probavêre. Nam præter recensita ex quotidiana cum proximis consuetudine nihil omnino enatum est, quod majorem Dei gloriam ad mentem constitutionum nostrarum non saperet; passus ut ita dicam, nullus præterijt, qui unicè ad germanum serviendi animabus studium non dirigeretur. Miratur Urbs tota pluribus etiam annis durantia conjuges inter dissidia, eáque complura felici successu per Patres nostros composita; plures authoritate etiam Sacri Judicis à toro ~~[illegible]~~ inito separationes in suave renovati Sacramenti jugum commutatas, suspiciones non leves dissidentes inter abolitas; conceptum de S. Tribunali odium pias inter lacrymas conversum; jurandi, blasphemandique habitum emendatum, frequentes apud plurimos Exomologeseos usus inductos. Anno hoc 55935 Angelorum pane refectos numeravimus: ad aras vero Sacram offerentium Hostiam 12 millia octingentos 68. Leopoldopolitana missio, qui mensam Eucharisticam accesserunt, numerat quatuor millia quingentos. Fructus ex Operationibus — Communicantes

Illud hic minime prætermittendum. Dominica Palmarum, dum inclyta legio Luchesiana cataphractorum veteribus vexillis nova substitueret, moréque pie ac laudabiliter in terris Romano-Catholicis inducto priusquam hostili aciei opponerentur, per aquam lustralem Deo, ritu Ecclesiæ, ea offerri vellet solenniter, solennitas hæc tota Ecclesiæ nostræ illata est. Pontificem egit Illm̃us ac Rdissmus Fräveis Episcopus hujus loci, qui post sacrum solenne benedicta jam vexilla, et quidem cuique signifero suum ante summam aram tradidit, ac præcedentibus cum signis suis, et assistentibus Clericis non inamæna pompa ad fores templi, ubi 7 centuriæ præstolabantur, processit, et more recepto vexillis clavos ad id belle inauratos incussit. Ad concionem non inelegantèr dixit R. P. Decanus Philosophiæ. Solennitas terminata est decantato in foro Academico Hymno Ambrosiano. Benedictio Vexillorum militarium.

Sodalitates

Sodalitates Marianæ more superiorum annorum recepto, cursum tenuere, sed magis peculiari cum fervore, et optato fructu. Collegii Generalis Cleri R. Hungariæ octodecim tyronibus se auctam memorat, quæ ut luculentius pietatem suam, teneriorémque in Deiparam affectum, cultum in Coelites demonstraret, in supplicatione Theophorica pro decantando Evangelio ad portam domus Propileum perquam elegans, et Aram cura singulari, ac diligentia extruxit. Leges sodalitatis, quas cum Sodalitio Mariano in Urbe ad S. Apollinaris communes habet, hoc anno novo typo donavit, sodalibus pro Xenio dedit Ludovici Abellij Episcopi Sacerdotem Xtianum munificentiâ Excellmi Dni Vesprimiensis Præsulis. In emolumentis numerat præter libellos complures Asceticos impensis sodalitatis curatos amplius 20 numis aureis.

Major studiosorum Sodalitas facile 400 sodales numeravit, qui præter exercitia Sodalitatis consueta, triduana S. P. Ignatij Ascesi exculti sunt fructu uberrimo, tanto etenim plurimi eorum erga Deiparam Virginem amore, et cultu ferebantur, ut totius anni decursu diem Sabbathi rigidissimo jejunio exegerint, humi cubando noctes fallebant, flagris denique corpus cruentabant. Fuit, qui, dum tellus maximis nivibus, Cœlique asperitate rigeret, ex ultimo Urbis angulo nudis pedibus progressus, nocte ad Colossum Immaculatæ Virginis in foro Academico spectabilem, litanias Lauretanas persolvit, ac ter statuam circumiens tacite Ô Virgo Virginum &c decantavit, et demum eo, quo advenerat modo, domum redyt. Multi pridie festorum è strato surgentes flexis genibus corollam Marianam decurrebant. Plura referre non vacat, quibus per decursum anni sodalium pia schediasmata referta visuntur. Ærario Sodalitatis variorum liberalitate obvenêre fl. 77. Supellectili verò accessit Statua B. Virginis opere eleganti statuario, et copioso argento illita.

Nationis Germanicæ Sodalitas sub titulo Annunciatæ aucta est Sodalibus 22. In xenium distribuit libellum precatorium sub Augustissimæ nostræ Reginæ nomine hic impressum. In emolumentis numerat 300 fl. ex pio Legato Nobilis Dnæ Julianæ Pexa. Curata item est Casula auriis floribus, et fimbrijs dives fl. Rhen. 50. Festum Titulare celebravit quæque Sodalitas more annorum superiorum perquam splendide. Minima studiosorum acceptos è manu liberali Illmi Dni Baronis Sandor 300 fl. Rh. cassæ intulit.

Conversio ad fidem.

In universum igitur per operarios nostros anno hoc ad veram fidem reducti 36, extremè decumbentium confessiones auditæ 248, alienis in Exedris Panegyres dictæ 24. Ex aqua S. P. Ignatij partus doloribus, et alijs necessitatibus pressis non sine emolumento distributæ urnæ plusquam 40. Et hæc sunt, quæ de spirituali à Religiosis nostris viris verè Apostolicis exhibita proximis cura dicenda occurrerunt, restat, ut de ijs etiam, qui partim in Scholis nostris, partim in domibus sub cura Soctis versabantur breviter dicamus.

× Acta in Universitate.

Universitas nostra per decursum anni numerabat Alumnos 938. È quibus Theologi 169. Juris Imperialis Alumni 24. Juris Patrij 28. Metaphysici 60. Physici 83. Logici 248. Humanistæ 435.

Theses Theologicas defenderunt Religiosi è Socte nostra quinque, clerici undecim. Theologiæ primæ laureæ donati sunt novemdecim, inscripto eorum honoribus, ac subinde in Auditorem copiosissimum juxta ac ornatissimum sparso egregio opere Antonii Sandini Jur. U. D. et in Seminario Patavino Bibliothecæ custodis, quo historiam Familiæ sacræ ex antiquis monumentis collectam eruditè complectitur. Problema in acta decisum: an sententiarum diversitas in ijs, quæ dogma non sunt, ~~Auditorem~~ commendatiorem, simulq

magis utilem reddat Theologiam, quam consensus, et conspiratio Doctorum.

Suprema gradus Philosophici laurea in ordine insigniti sunt 28, praeter hos alij altioris jam classis ad gradum altiorem tendentes quaterni. Ex his Aristotelis placita sub Emblemate Augustano perquam eleganti propugnarunt 13, unus eorum generosior positiones suas dicavit Excellmo ac Illmo Iaurinensium Praesuli Francisco è Comitibus Zichi. erat is Illmus Comes Franciscus Berthold, cujus honoribus oblata est à Neo-Magistris condiscipulis pars tertia Historiae Imperatorum Otomanicorum. Rhetores vindicias prisci saeculi recens creatis Philosophiae Doctoribus obtulêre. Ex ijsdem Philosophis Religionem Soctis IESV ingressus est unus, Venerabili Clero sese aggregavêre duo. Ex Physicis Baccalaurei Philosophiae primâ laurea condecorati sunt 53, inter quos tres Illmi, in nobilem juxta ac frequentem Spectatorem distributa est pars 2 Imperatorum Otomanicorum Solymanni res gestas complexa ab anno 1520 usque ad annum 1566. Poësis de cultura Fodinarum auri et argenti libellum pro more sparsit. In actu problema fuit catoptrico=gnomicum: In palatij interiore quomodocunque disposita superficie horologium singulari facilitate describere, in quo solis imago horas diei cum omnibus circulis caelestibus designet.

Logica proëmialem habuit sub emblemate Scalpro Augustano perqm belle elaborato, positiones defendente Perillustri ac ~~defendente~~ R. D Ignatio Ordodi de eadem, Collegij generalis Cleri R. H. Alumno. Classis haec Clero 4 dedit, quaternos itidem diversae Religiones sibi adscivêre. Solemnitates Patronorum uti Universitas, ita et facultates singulae sub infulatis capitibus more annorum superiorum celebrârunt. Orationes à facultatibus quotannis in Patronorum Solennitatibus dici solitae, et hoc anno typis donatae sunt. A facultate Theologica libellus continens novennam devotionis S. P. N. Ignatij copiosè in Senatum, populúmque Academicum dispertitus. Oratio dicta est ab Illmo Comitello Nicolao Forgacs de Gymes Rhetore. Haec solennitas splendore suo caeteras superavit, Ara etenim praeter caetera ornamenta collucebat cereis plusquam 80, cujus apicem tenuit imago elegans S. Ignatij corona in modum subcudis cincta, distincta floribus, ac quindecim candelabris probo auro, argentoque vestita machina tota, impensis in id à Facultate florenis Rhen. quinque supra triginta. Curatae praeter candelas faces 6 novae.

Facultas artistica suas quoque Scenicè ludis in theatralibus adumbravit festivitates: syntaxis Samuelem ultimum Hebraeorum judicem; Grammatica Hanibalem à morte sibi conscita in Bythinia memorabilem. Infima synedemum singulare Paterni in filium amoris exemplum spectandum proposuit. Elementaris denique Anthiochum Regem adolescentem à Tryphone tutore vita et Regno exutum non ineleganter lusit. Drama ultimum omnibus classibus commune, sub cujus finem bene de re literaria meriti praemijs donati sunt, pro argumento assumpsit Mariamne Principum Matronarum decus, ab Herode conjuge interfectam. Declamationes

Collegium Generale cleri R. H. praeter convictorem unum, Alumnos habuit duos supra sexaginta, qui pro more ac instituto Collegij in utroque virtutis, ac literarum studio, vario proventu se exercuerunt. Seminaria

Universam Theologiam unus: partem unam Theologiae quinque: jus canonicum duo: universam Philosophiam 4 publicè propugnare meruerunt. Theologiae Baccalaurei renunciati sunt 7, primâ Philosophiae laureâ seni, suprema undeni ornati sunt; pro suo quisque merito locum consecuti, unus quidem ex utrisque primum. Ad procurandam Animarum salutem undecim à Praelatis suis evocati sunt. Unus germano-Hungarici in Urbe S. Apollinaris Collegij alumnis adscriptus est.

+ P. Steph. Rodt Prof. Fys. Conf. Sc
P. Fr. Rodt Prof. Fys. Conf. Sc

Prof. Inf. Scholarum

M. Georg Cussem Rhet. Praes. Cong. Med. Stud.
M. Joan. Speck Poet. Praes. Cong. St. Min.
M. Andr. Kussanyi Lyn.
M. Michael Horvath Gran.
M. Adam. Somogyi Princ.
M. Ant. Radics Parv.

Th. Iti anni

S. Ant. Revitzky Praef. Ph. et Praes. Con. in Coll. Rubr.
S. Joan. Schöttl
Carolus Desidor Carolus Fastenberger Cat. Ger.
Georg Lehel Georg Mihalecz
Jacob. Hebeler Praef. Theol. et Ph. in Sem. S. Ad.
Ign. Liesganigg Joseph Fischer
Jos. Szendrey Praef. Th. et Ph. in Sem. B. V. M.

Th. 3tij anni

Antonius Rogues Fran. Abel Soc. Praes. Con. Ag.
Fran. Stockinger Georg Bray
Henr. Reisl Joan. Iwanovics Bid. Th.
Joa. Miller Joan. Skober
Math. Eisenpeitl Soc. Bibl. Mich. Kaminsky
Moyses Lestyán Cat. Ung. Steph. Biro.

Th. 2di anni

Casim. Beckovics Fran. Fankos
Guilielmus Jenami Ign. Karácsonyi
Joan. Delpini Joan. Fux
Joan. Bap. Knall Jos. Labancz
Lad. Hegedüs Bid. Can. Con. et Fon.
Mich. Reichart Soc. Praes. Cong. Maj. Stud.
Samuel Rollner Simon Henderlies
Vincentius Miller

Th. 1mi anni

Andr. Sikora Bernard. Laminger
Christ. Keth Man. Jun. Fran. Ipach
Fran. Komolányi Jos. Ebergényi
Jos. Fassenthaller Bid. Hebr.
Jos. Hemperes Praef. Hum. in Sem. S. Adal.
Jos. Linde Reg. Chori
Matthias Platthy Praef. Hum. in Sem. B. V. M.
Mich. David Mich. Makas

Paulus Katarinchich Step. Hatos
Steph. Mihacz

Metaphysici

Ant. Silyen Aug. Venzl
Caiet. Ehrenhardt Car. Neuhauser
Em. Mihály Fran. Gaslevics
Gabr. Magthenyi Bd. Jac. Gartner
Joan. Nagy Jos. Bobánczi
Jos. Modnyai Leop. Bivald
Step. Krussecz Th. Schmidthauer

Physici

Amd. Petrovics Ant. Schindler
Fr. Bene Fran. Kirina
Fran. Wolkovics Ign. Platsko
Joan. Nyaraj Jos. Sajnovics
Jos. Kobeck Bd. Jos. Tann
Mart. Fell Step. Nagy

Logici

Em. Boer Emer. Hatos
Fran. Abl Ign. Jezerniczky
Ign. Krafft Ign. Waxman Sub M.
Joan. Boos Jos. Balthasar
Jos. Luz Lud. Mitternacher Bd.
Mathias Dorko Mich. Derner
Mich. Horvath Nicolaus Rauscher

Coadjutores

Amd. Stöller Subcoc. Ant. Abrahameck Praes. Lun.
Sup. Bern. Kotte Sub Coc.
Car. Schmichei Ap. Fran. Novak Cell.
Ign. Ludwig Coc. Fr. Saderan Praes. Lin. Sup.
Geor. Autti Subcel. Ign. Wallinger Sub inf.
Joa. Graff Jan. Jos. Kolinsky Soc. P. Poes.
Typ. Jos. Schuester Inf.
Jos. Wolff Subdisp. Leop. Fichtinger Cred.
Lud. Pommer Sub Cred.
Mart. Hasschiar Disp.
Math. Traithoffer Sacr.
Math. Weiss Soc. P. Proc.
Step. Kelemen Oeconomus.

Universim 144 Sac. 31 Sch. 94 Coad. 19

Historia Collegij Tyrnaviensis
Ao Anno 1754.

Numerus personar.

Numerauit anno hoc collegium nostrum personas 543. Ex quibus Sacerdotes 30, quos ad sacra Theologi sacris initiati auxere decem. Qui litteris vacabant, aut juventutem informabant 93. Religuos opera domestica exercebant. Hunc tamen numerum imminuerunt duo, qui ad Seculum, tres qui ad vitam f: ut spes est :| meliorem abierunt.

Administratio Sacramentor.

Satagebant interim Socij religui Dei gloriæ justa, ac proximorum commoda, & salutem promovere: quod egregie præstiterunt cum omnis in sacris Tribunalibus; qua uti Dominicis plene, festisq; sonantis ab affluente ex omni late vicinia coetus obsideri solent, ita eos etiam, qui quotidianis scholasticis cupiditatibus occupationibus distinentur, ad lucra animarum evocabant, et ad multas sæpe horas fatigabant. Quod vel ipse numerus particularium in cognitum distributarum satis docet: excrevit enim ad sexaginta quatuor millia. Semphis ys, qui apud nos expiati confessione, indulgentiarum, deterius devotionis causa in alys templis sacro Cœlo refecti sunt. Non dubito cum calculo, qui sollya, et in Szent-Ahely, aliaq; sacris juri nostro obnoxijs per Ferias Natalis Dni, paschatis, ac Pentecostes a nostris Apostolis magno, et ad multa millia excrescente numero absoluti sunt. Non computatis denig sacerdotibus, a quibus quatuordecim hostiar millibus supra trecentas litatis ad aras fuit.

Conversiones fructus: et quotidie Recticor.

Religiose cum proximis conversationi par etiam respondit fructus: matrimonys inter hæreticos sæpe bello pax reddita: egentibus copertas pietate opulentior depulsa: captivi ceteris vinculis exempti, pœna pontibus aut condonata penitus, aut saltem imminuta: et quod rei capitali reducti ad Ecclesiam Lutheranos undecim; Arianus unus.

Concionen. Collegior.

Concionum, exhortationum, catechesium idem, qui annis superioribus, tenor: frequentia: celebritas: approbatio, et ex his, mores in melius tractus. Audiri ad hæc sunt nostri intra, extraq; urbem honorary concionatores sexies. Orator Germanq apud Sanctæ-Monicæ D. Ursula quinquies; In professione Illustr. Baron a Pettendorff e Comitibus Forgatsch. In professione Maria Theresia Viennensis; In festo S. Josephi; S. Augustini et D. Ursulæ. Ungarus festo S. Fundatricis apud Clarissas; Slavonicus apud A. R. P. Franciscanos die Cathinculæ. Vertovij exvido frequenti festo Theophoriæ et in Embito loco a cultu S. July nominatissimo, Ejusdem Sancti festo e Sacerdotibus recens initiatis unus.

Mirabiliora Gremij Collegij.

Mirabiliores in locis collegij laudatis spectatorum oculo jam dudum inducta et solita, magno cum animarum lucro, ac relatio & hoc etiam anno obita fuerunt: quid quid enim Zeli Apostolici ardor, seu in Tribunalibus sacris, seu in prædicando Dei verbo, seu in explananda doctrina Christiana exposcebat, omissum fuit nihil: unde ut accurrenti ex remotioribus etiam locis panitentium multitudini facile satis a prima mane, ad serum usq meridiem pro Tribunalibus sedendum erat.

Festa celebriora & Cultus SS. nostror.

Solenniora Ecclesiæ, ac Universitatis festa, solennior greg apparatu celebrata fuerunt. Immaculatam Dei-para Conceptionem Rectore universitatis, Cancellario, ac Facultatum Decanis ad aras juxtantibus panegyrica coronavit oratio. Patriarcha noster, et Judiarum Apostoli solennitates Innocentiani devotione, panegyricis typo editis libellis in auditorem datis: Insulatis ad aras Pontificibus, angelicoq; ara principis, totiusq; Basilica apparatu celebravere. Theologorum, et Philosophorum Facultates; quemadmodum et Juridica gremium suum.

Par fuit humaniorum Classium in patronorum dierum diebus agendi conatus, et studium. Tutelarem certe suum Aloysium ex cultu prosecuta et universa juventus scholastica, nullus omnino ut esset, qui non teneerrimo pietatis sensu, et ingenti in Divum hunc fiducia, sex Dominicarum devotionem persolveret; nullus qui sine magno spiritus provectu hanc a se frequentatam fuisse negaret. Eadem porro fiducia fuit in S. Xaverium, cujus quidem adeo, ut jam ex omni ætate, sexu, ac conditione copiosissimos Clientes numeret.

Sodalitates Marianæ.

Terna Studiosorum Sodalitatea sub patrocinijs suis in omnibus functa sunt. Major duo Titulo Elisabeth Visitantis, auctæ 250. Sodalibus festum Titulare more hactenus annuum festivo apparatu una, et singulari pietate ac modestia tum Clericorum, tum Secularium celebravit. Chorinæ Sodalium totam Ejusdem Octavam varijs, nec vulgaribus pietatis exercitijs traduxerunt. Pontificem habuit unum ex fratribus strictioris Capituli hujatis Canonicis. Minore apparatu, sed pari fervore modestiaq; celebravit festum Secundarium Assumptæ V. et S. Barbaræ. Ob communionem cum Sodalitate S. Barbaræ Viennensi.

Caput Sodalium funera erubit tanta sociorum etiam Clericor frequentia, pompa: quam luctus funebris admisit? tanta; ut acquius de spectaculo lætus beatos prædicaret: quibus ea funebris solemnitas obtigerit; maxima in hac sumptuum partem Caritas Sodalium hæreditarit.

Ad accuratam legum Marianarum custodiam, usumq; Ss. Sacramentorum sæpe grater etiam, et amplis iteratum adjunxere Sodalium plerig; constantem virtutum exercitationem. Sabbathinis jejunijs, humi cubationibus, abstinentia a cibo, potuq; magis arridente, frequentibus flagris, Sabbatorum aut festorum cinguloru assumptioni, aliisve hujusmodi afflictationibus corporis fœu suavitatem illibatam servare, seu favorem Virginis Matris promereri studuerunt. Erant, qui pridie Communionis plures horas Cilicio præcincti, aut majorem partem in precibus pervigiles traducere consuevrant. Aly dies Sanctæ-tales in adorando Filio potissimum transegere adjuncta a cibo potus, delicatiore abstinentia. Unus aliquis eodem die in periculo peccandi constitutus aliquot centenos ictus sibi eodem inflixit. Victoriam de inordinatis animi motionibus hac ætate præferridis multi se frequenter retulisse gloriantur. injurias, calumnias, alave adversa sibi illata, beneficijs, sinceraq; caritate non pauci vendicarunt, licet in promptu foret ulciscendi copia.

Selecta ex exercitijs S. Patentij veritates Sodalibus per triduum explanatæ, et potissimum directa sunt, ut persuaderent eum vitæ tenorem deinceps secturum, quem hac in ætate ferrarent, adeo in paucas abiret vigilantes assveludines vitiosas pravis aliis assvetudinibus commutare cupiens, promissa a peccato generali totius vitæ exomologesi. Ab exercitijs continuo cœpit cultus S. Aloysij per sex Dominicas; quæ res magnos in spiritu profectus attulit, continuante per sex hebdomadas, quo in exercitijs incumbebant fervore.

Congregatio media Immaculatæ, præter pietatem ac modestiam sororum illud insigne memorat; quod Oratorium Marianum horum nobilem magnorum virtutum impensis eam in rem fl. 93. in lucris retulit. Ex pio legato accepto: Ejdem præterea elegantis formæ sellas, quas officiarum congregationis libertas vetustis substituit. Bibliothecam auxit gratioris aliquot libellis fovendæ Sodalium pietati servitutis.

Cætus morienti in cruce Deo sacer auctum se hoc anno mille gringentis capitibus lætatur. Hic ut primaria solemnitati sua splendorem adderet, et accurentis undiq; populi pietatem magis accenderet, aram principem recentem et amplius luminibus collucentem. In cujus accessoribus numerat vexilla duo ex materia damascena, quor unum Jesum Crucifixum, et S. Aloysium; alterum Matrem Dolorosam et S. Fabium refert.

Res Literaria.

A cultu Dei nihil erat, quod ad cultum ingeniorum non referretur. Instituit anno hoc Academia nostra, et ad profectum recens inchoatam novam studiorum rotmam variis ferentis excoluit per denos supra mille. et Theologia quidem prope duos tos. Philosophia Boos; reliquos minor gentium schola censebant. Deos et tales fecit vit Theologia, quibus sese publice tuendam commisit. Duos: quorum scientia et in hoc ria ecclesiastica eruditio, publico tentamine probata, et commendata fuit. Hoc alter e collegio Rudolf, alter e Seminario S. Stephani. Philosophia præter nostros 27 partim Sty partim Tdi anni philosophos octo alios ad universas scientias tuendas in theatri edixit. Duos præterea regerit Philosophia, qui ut novitatis, ita scientiæ prærogativa cæteris eminentiores publicum: ad rigorem recens inductæ methodi: tentamen ex Logica universa subierunt; et hero etiam publica laude retulerunt: nempe Dn. Petrill. ac R. Dn. Michael Salzwirt, et Petrill. Dn. Martinus Boos. Status duos seu Theologia, ea Philosophia suis publice antehac solebat confere, novo nunc studiorum instituto sicuerat;

privatim contulit Theologis quaternis; Philosophis denis et octo. Universim autem Academia nostra laus erat; quod tamen nova hæc studiorum ratio nostratum scholarum alumnos initio multum terruerit, metuentes ne substantia scientiarum mole pressarent: industria tamen docentium effecit, ut tanto etiam alacrius procederentur, quanto libentius studens incumberet. Inutilis certe ac nubilas concertationibus nihil de superiorum annorum fervore. Totum Academicum ad primas usq; tenebras vocale fervorem discentis vigil exercebant.

Scientiarum nugilum conatus et mula industria expressorum manifestiores muse: Nam preter communes omnibus Classibus Academicis ex Auctore, prælectis, et Historia: Grate privata in scholis exercitia, Rhetorica theatrum subiit: ex primo exhibuit Mathia Corvini severitatem in Truncidum Michaelem: secundo Eundem Michaelem libertati restitutum; Sic Literam latronum ducem ad offitium Mathiæ redemptum. Logica grate in Scenam prodijt, et semper placuit. Semper fui deinde religiosa Pari cum Rhetorum gratia, pari laude huic commendatione quatuor inferiores classes prodiere.

Res œconomica Collegij anno hoc solito majorem successum habuit: Messis ac vindemia uberrima sensavit annorum superiorum sterilitatem; ædificium grege domestico ingens accepit incrementum: namq; anno hoc non modo ad fastigium reductum est, verum et quod cementarios laborem attinet: et totius ac ultimus plene perfectum. Eminet in eo observatorium forma egregie elegans, quod decem ingentibus arcuatis fenestris lucem accipit. Altitudine fit a cavo observatory usq; ad fastigium numeres, pedum geometricorum triginta. Designata in eo nuditæ linea meridiana; nunc vero in instructione operarius manus desudat. Res œconomica.

Triclinium novum item hoc anno apparatum intern accepit: latum pedes geometricos 30, longum pedes centum: altum vero unum supra viginti. Fenestræ sedecim lucem copiosissimam infundunt: mensæ, reclinatoria, tabulatum e duro ligno aptissime dolatæ, et exornatæ: Cathedra pro lectoribus omni sculptoris artifice elaborata et ornata: idem intelligendum de porta ingressus, quam hinc et illinc duæ fornaces elegantis operis constructæ visuntur. Tanto et Amœno et Jucundo primum introducta religio adam Scholasticorum de primordijs hujus ædificij et sacris oratio et habita. Ecce ubi deo adjutore eor apparatu internus fuerit perfectus. Illud non prætereundum silentio, quod ex liberalitate Celsissimi S. R. J. Principis Archi-Episcopi Strigoniensis Nicolai e Comitibus Csáky accesserint ad penum nostram Mathematica duo insignes globi: Cœlestis unus, alter terrestris; diametro medij pedis geometrici: Cui vitam et felicitatem vovent muta Tyrnavienses.

Collegium generale magnæ Academiæ nostræ censuit ornamentum centum fere tres vestros: stadium sexaginta fere: e quibus subinde ad curam animarum ad varias Diœceses evocati sunt decem: unus ad Ordinis sui studium voluntate prælati relatus: unus ad Collegium Romanum admissus. Seminaria

Ad horum laudem dixisse sufficiat; quod primi ex facultate Theologica fuerint, qui in recens introducta studiorum reformatione sua ex diversis quibus et decentys subsistentes, digni quibus debinde laurea sua Theologia insigniret. Erant præterea, quorum tres partem: universam publice repugnavit unus.

Theologi emulati sunt Philosophi, et Candidati Philosophiæ. Philosophiæ universa positiones tuendas susceperunt tertij. Totidem pro suprema ejus laurea approbati: sex alij Baccalaurei renunciati: plurimi subinde in primas classes relati.

Specimen singulare profectus dederunt illi, quod alij Rhetoricas, græcas alij demonstrationes coram conspectu ac Erudito auditore, publico hoc in odeo exhibuerunt, et eximijs symbolis Græco-Latinis virtutes Mariannas experimentibus; varijs item temporis et loco accommodatis inscriptionibus lectoralis sacelli parietes adornarunt: ut vel hi testes luculenti esent, quantum discentys et omnigena eruditione eminerent. Alumni hujus Collegij ne hoc laudi deesset, quicquid decerpserunt adhuc, utpote Clero a sat idonei excepti sunt.

In emolumentis refert litem unam feliciter terminatam: alteram eo tempore tamen sub sententia in favorem Collegij lata, sola ab altiori foro confirmatione expectet.

Seminarium Nationale Pestiense alunt juvenes 53. Zoe clero: e secularibus alumnos 27. Convictores sex. Ex clericis virtute ac scientys satis instructi ad procurandam animarum salutem egressi sunt quatenni: qui per decursum anni futuris apostolicis laboribus praeluserunt sospius: majoribus praesertim festis, cum a vicinis suis parochis in partem laboris invitati id cum laude praestiterunt. Seculares autem cum virtutis studio, tum quoq in classibus literarum studia eo fervore conjunxerunt, ut multi cum honore et commendatione seminarij suos inter eminerent. Divi ex philosophis universam cum laude tuiti sunt. Rumanionum vero classium Alumni complures primo in declamationibus loco constanter legi meruerunt: tum et sub finem anni cum bene meriti praemijs donarentur, seminario sedecim premia intulerunt.

Seminarium S. Adalberti suo gremio complexum et clientes Ecclesiae officijs parandos triginta duos. seculares 24. Ex quibus prima ut vocant mensa Convictores sex. Excelluere praeter aviam pluriu nobilitatem cura primis ingenijs moribus, ac singulis in perdiscendis bonis artibus industria, quod publicis tentaminibus et examinibus non semel probaverunt. Matheseos studium ita complures rapuit, ut quod in schola percepe-rant, domi diligentius pertractarent: eximia hac industria effecerunt, ut tirones in primas classes relati dein ad diversas religiones recepti meruerint. Erat ex Candidatis Theologiae, qui anni unius spatio graecam, hebraicam alter expedite ad omnium admirationem perdiscerent. Valuit tum horum, tum aliorum etiam eximia virtus atq cultura ad exemplum exteros ita, ut plurimi in annum sequentem seminario adscribi ambirent. Sub anni finem spectatus juvenis Josephus Majláth de Székely positiones duas philosophicas palmi Dni Josephi Székely praesentiae Regiae in judicijs Locumtenentis honoribus dicatas coram Re-galissimo omnium ordinum Auditorio eam cum laude et plausu tuitus est, et spes de se conceptas immensum gradatim adaugeret.

Elogia Defunctorum.

Primus e socio numero ad vitam meliorem et triumphantem coetum abijt P. Ignatius Sajgho, hunc ex pellucidi coro, quo nitidior causa per dies octo Paschae excurrerat, reducem apostema in capite, accedente hemiplexia 30 circa dies ad extre-ma deduxit, et 26 Aprilis circa horam vespertinam mysteriis omnibus antea procu-ratum exstinxit. Natus is erat Tyrnaviae 1705. 26ta 7bris; Pedo ad coetum admissus eandem ingressus est Trenchiny 1731, 14ta septembr. classe Rhetoricae biennio et repetitis scholastica humaniorum philosophia, et Theologiae quadriennio Viennae ea cum approbatio-ne decursis, ut primos inter utramq; pugnaret, et 4 hinc vota profiteretur. Interpo-sitis lectionibus scientys quadriennium manserat literat. in Grammaticis, ac haud multis Sautini: in Rhetoricis Tyrnaviae. Post renovatum in Via probatione spiritus Neo-scij, nostris Sautini solitoria literas tradidit, dein philosophiam Tyrnaviae triennio professus est, tum controversas fidei questiones Sautini uno: apud nos mitis exspiravit: cum demum mors praematura communi omnium dolore eum nobis eripuit.

Sustulimus in P. Ignatio eas naturae et gratiae dotes, quae eum maximis quibusq; in socio muneribus parem aliquando posse erant. Indolis adeo placidae et candidae, ut ea natura ad virtutem omnem formatus videretur; comis et affabilis erga omnes, ut vel alloquio unico omnes ad sui amorem pertraheret: quidquid ageret, ubicunq; versaretur, candidissima relucebat; nil adeo nonnisi Angeli nomine ab aequalibus ubiq; mores, mens candidissima relucebat; nil adeo nonnisi Angeli nomine ab aequalibus olim appellari conspexerit. Mundi jam in facinus ofor, soleadeus vestitum, quovis pre-ge cogebat, constanter rejiciebat.

Deliberationem de vita statu multis sibi ad Deum et S. S. precibus, multis alias ejus operibus, ac seriis conquestationibus constitisse affirmabat dicitans, se non dubitare, quantus fieri homini licet, se a Deo in coetum vocatum esse; tot de coelo gratijs eo tempore donatus. Ajebat idem peculiare se habere donum alios in deliberatione dirigendi; certe cum ea de re ad discipulos in scholis, vel ad sodales in congregationibus dicendi fuit fore admodum dicebat, talus eam doctrinam juvenibus utilissimam, imo maxime necessa-riam esse: multi cum eo de novo quam sibi ante statuerint, vita instituto deliberare conspexerant, quibus ille fallacias saepe detegebat, magno eorum spirituali solatio. Virtutes hominibus doctis propria in eo erant solidissima, firmissimis quae in novitiatu posuerat fundamentis nixae. Lumina in Sinarum coelitus accepta identidem revocabat in mem-tiam, quod libellus ipse, in quo ea adnotata erant, usu detritus docuit.

Humilitas animi demissis quanta in P. Ignatio fuerit, vel illud ostendit satis; quod monitus pro docenda philosophia apud P. Provincia Cracidem adeundi instabat per literas, ut dicubi rudimenta grammaticae praelegere posset: ut ex rebus foria Provinciae praesidis post mortem posset mortem inventa fabuit. Caritatem in Deum, in aram sacratum usq; recolendi pietate, exercitijs superis palam probebat; quoties cum Deo agebat, de de genibus, corpore ad omnem pietatem composito surgebat. Hostiam Divinam primos inter mane, et interdiu frequentius

adorabat, et magnos: qui vel ex vultu ejus relucebat; pietatis sensu rem divinam faciebat. Caritas erga socios prodebat se tunc maxime, cum non semel res tibi admodum adversas, ejusdem servandæ gratia tolerare[t] libenter. Dolebat illi vehementissime, quoties diuras dispensatiunculas inter alios adverteret, dictitans: maximum et jucundissimum vitæ hujus fructum hujusmodi religiosis petere, quibus terrestrem quendam paradisu[m] caritas mutua hic jam paraverit. Non desperavit ulli officia, ut animos divinum in hinc conjungeret.

Quæ prudentia et consilio valeret, documentum erant litteræ a morte repertæ: per quas de rebus gravissimis ab hominibus magni nominis consulebatur: non idcirco tamen in animo quidquam efferebatur, quin potius se suaq; contemnere solitus, ubi gloriæ, deijs sanctis detrahebat.

Sanctitatis studium ita illi proprium, ut nihil aliam supellectilem, quod virtutem et scientiam, et quo utrumq; juvarent sacra scripta, ac libellos nunquam[t]. Vita denig; omnis ad legum nostrarum normam composita: ut dubium nobis non sit, quin etiam suspe in conspectu Dni mortem Patris Ignatij, ad quam comparate se quod optime ipse non semel cum adhuc valeret, ajebat; imo prælegisse eandem visus[t], quando quidam familiari huc eodem anno dicebat, se non amplius diu victurum, atq; insperate exstinguendu, ut reipsa evenit.

Secundus quem tumulo intulimus erat Clmus in xto frater Georg. Hatti: qui ipsa sancto Francisco Regis facta luce tuis nostram etiam vespertinam animam Deo reddidit. Natus is erat 15 April. 1718 oppidi in Soevia: ad sortem admissus, eandemq; ingressus Viennæ 15 Novembr. 1744. Noviciatum egressus collegium Viennæ professor Viennæ anno uno, deinde Neostadij tribus, totidemq; in Collegio nostro Lentarij: ubi tabe hectica tersim depastus, ritu sacramentis omnibus procuratis vivere desyt. Observata semper fuit in Patre Georgio rerum spiritualium cum suis omnibus, singulatis in Numen Eucharisticum pietas: quod sæpe interdiu visitabat et adorabat. Secundum Deum præcipua quadam religione Divinæ matris tenebatur: advertus cujus, assiduo labore et obsequijs exercebat se: Moderatori, sacerdotumq; ac semper observans, ac æquales summa complectens caritate. Hac aliisq; religiosi Fratris virtutes, patientia in tolerandis ultimi morbi doloribus coronavit.

Tertius qui inter vivos esse desyt, in ipso ætatis flore nobis ereptus, erat Clmus noster in xto frater Josephus Lehm, quem brevi supremis moriendi præsidijs rite comparato tabes pulmonum 28 7bris exstinxit Comaromy: quo de medicorum consilio paucos ante dies excedere[t], ut ceu supremo mari remedio, dulci patria uteretur. Natus Erat Clmus Josephus eodem in loco 20 Decembr. 1731. societatem subinde ingressus Viennæ 18 Octobr. 1750. A Tirocinio parvam Sti Ignatij docere jussus ita se totum discipulis impendit, ut eos in pietate non minus, quam litteris sedulo cauteq; instrueret. Inde ad nos translatus, præclara seu ingenij ad scientias capacissimi specimina, religiosæ vitæ exempla exhibuit. Matri Virgini ac Divis nostris Indigetibus cum Deo singulari affectu deditus, nequidquam de eo, quem in Noviciatu habuerat, spiritu remittens, ut adeo non modicas spes in eo nobis succisas merito doleamus.

Catalogus Personar et officior Collegy Tyrnavien sis
Ad annum 1754.

R P. Franc. Xav. Rém, Rector. pub. a 26 Octobr 1753.
P. Joachim Sumatinger Minist. Prof. Eccl. et Sanit. facit Conf. et Exhor. ff.
P. Erasmus Wittman Prof. Jur. Nat. et Ethic. Conc. Sang. in hosp. sub Minist. dat puncta ff.
P. Andreas Rodny Prof. Log. et Metaph. Conf. Sem. S. Adalberti.
P. Andreas Jaszlinszky Prof. Metaph. Conf. Sem. N. V. M. Cott Eccl. mens 2da
P. Caspar Fridrich Prof. Hebr. Prof. Scr. et Theol. in Coll. Rubr. Exh. Stud.
P. Francis. Csécsi. Prof. Canon. Lect Congr. Maj. Stud. Exh. Dom.
P. Gabriel Hell Prof. Cancell. Exam. Jur. Exh. Acad. Revis. Libr. Bibl. prof. Conc. et Don. Cons. 2.
P. Franc. Weiss Prof. Math. Conf. Sem. B. V. M. Hist. Dom.
P. Jacob. Liechtl Conc. et Oper Germ. pres Congr gen. Conf. Convict apud Ursul. Prof Scr. ff. Conf. Dom.
P. Ignatius Fruehr Direct. fabr. Convict. Regy.

P. Ignat. Nemsovay. Conc. A Sacerdot. praes. Congr. Agon. Exh. q. Templ. hab. Cur. Carc. A Hosp. Confess.
P. Ignatius Sajghó Prof. Controv. Decan. Viceprof. Dir. Jun. Exh. Dom. hab. Cur. Bibl.
Catech. Corr. Lect. Mens. ma. Conf. Dom.
P. Joan. Xpta Rapy Reg. Sem. B.V.M. Decis. Cas. ibid.
P. Joan Xpta Pilecz'ki. Decan. Theol. A Profess. Exam. Jur. Cons.
P. Joseph. Szelényi. Prof. S. Script. Decan. Phil. Exam. Jur.
P. Joseph. Fejérvényi. Prof. Phys. gen. A part. Exper. Conf. Sem. S. Adalb.
P. Joseph. Lintér. Prof. Hist. Sacr. Decan. Cas. Conf. Dom.
P. Ladislaus Nedecz'ki Reg. Coll. gen. Cleric. Regn. Hung. Dec. Cas. ibid
P. Ladislaus Reszpich Reg. Sem. S. Adalb. Dec. Cas. ibid.
P. Ladislaus Turóczi. Prof. Scr. Mon. Exam. Cand.
P. Math. Lipoftyák Prof.
P. Nicol. Jehmlich Prof. Theol. Exam. Jur. Cons. S.
P. Paul. Bertalanffi. Conc. Dom. Hung. in Cathed. prae. Congr. S. Cruc. Exh. Apost. in hosp.
P. Stephan. Pásti. Prof. Eloqu. Sacr. A Prof.
P. Steph. Novotka Cur. Valet.
P. Thomas Rosi. Prof. Typogr. Cons B.
P. Matth. Eisenpeitl. Prof. Ling. Grae. Soc. Bibl.

Professor. Inferior. Scholar.

M. Andr. Kuszányi. Rhet. Pres. Congr. Med. Stud.
M. Joseph. Szerdahelyi. Poet. Pres Congr. Min. Stud.
M. Steph. Regni. Synt.
M. Gabriel Rajchényi Gram.
M. Joan. Pilecz'ki Gram.
M. Franc. Biró. Gram.

Theol. 4ti Anni.

P. Franc. Steckinger. Rey. Chor.
Anton. Rogacs.
Georg. Gray.
Joan. Miller.
Michael Kaminszki.
P. Henric. Reisl. Sub-Reg. in Sem. S. Adalb.
Franc. Abel Prof. Phil. et prae Congr. in Coll Nobil.
Joan. Franchich Sub-Reg. in Sem B.V.M.
Joan. Skober.
Moyses Lefty dr. Stephan. Biro.

Theol. 3ty anni.

Franc. Fankos.
Ignat Karacsonyi.
Joan. Knall.
Ladisl. Hegedüs.
Samuel Csolnay.
Vincent. Miller.
Casim Szedekovich. Sid Theol.
Wilhelm. Jenamy
Joseph. Delpini
Joseph Labanez.
Mich. Reichardt Soc. prae. Congr maj. Stud.
Simon Skenderlich

Theol. 2di anni.

Bernard Laiminger. Cathec. Perm.
Franc. Spach.
Joseph. Ebergenyi.
Joseph Kenyeres. Prof. Hum. in Sem. S. Adalb.
Math. Plathy. Sid. can.
Michael Szakaj.
Steph. Michaz.
Andr. Szikora.
Christoph. Peth
Franc. Szomolanyi.
Jos. Jaszenthaler.
Jos. Linde
Michael David.
Paul. Katarinchich.
Steph. Katos.

Theologi 1mi anni.

Franc Tabi.
Georg Dobás
Joach. Illei
Joan. Lehoczki
Joan Varadi
Joseph. Hauer. Prof Hum. in Sem. B.V.M.
Michael Czizsak
Franc Kapp.
Ignat. Schmeltzer.
Joan. Ladinigg.
Joseph. Luckinger
Joseph. Plattich
Joseph. Raisz.
Michael Kühner.
Michael Erkely.

Meta physici.

Andr. Petrovics.
Franc. Zene
Franc. Wolkovich
Joan. Nyarady
Joseph. Zobeck. Bid.
Martin Doll.

Anton. Schindler.
Franc. Kitina.
Ignat. Clatzko.
Joan. Jajnovics
Joseph. Horn.
Steph. Nagy.

Physici.

Emericus Böer.
Franc. Abbt.
Ignat. Krafft.
Innocent. Karacsonyi.
Joseph. Balthasar.
Ludov. Mitterpacher. Bid.
Michael Berner.

Emericus Hatos.
Ignat. Scherniczki.
Ignat Waxman.
Joan. Loss.
Joseph. Lutz.
Math. Dorko.
Michael Horváth. Nicol. Raschel.

Logici.

Anton. Jäger Bid.
Felix Hallpauer.
Joan. Palma.
Jos. Tafehler.

Domin. Fiegenthaller.
Ferdin. Hausdorfer.
Joseph. Lehm.
Martin. Jakáts. Stephanus Sinko.

Coadjutores.

Andr. Lipska Danil.
Anton. Abrahamecz Praef. San. Lapell.
Carol. Schmicker Apoth.
Franc. Faderan Praef. Lin. Lapell.
Ignat Ludwig Coc.
Joan. Pete Organ. Bibl.
Joseph. Ruberan Sub-Infirm.
Joseph. Werder. Praef. Theol.
Ludov. Lanes Sub- Cred.
Mathias Weiss Soc. C. Crocus.

Andr. Stöller Sub-Coc.
Bernard Korte Sub-Coc.
Franc. Novák Cellar.
Georg. Stutki Sub-cell.
Joann. Mayrhofer Sub-Bibl.
Joseph. Kolinszki Soc. C. prof. Typogr.
Joseph. Schkeffer Infirm.
Leopold. Fricktinger. Cred.
Martin Javorecz Oecon.
Maximilian. Knörcher. Sacrist.

Sacerd. 30. Scholast. 93. Coadj. 20. Univ. 743.

Historia Collegij Tyrnaviensis

Ad Annu 8 1775.

Incolæ Civ. ac 40^mu supra 100^mu explebant numerum, quorum ung' ex militante ad Triumphantem A Festate fas est, translatus fuit Sitten.

Declamatum est Facis et rostris Adm inductum Sa- Sonitus
pientibus anni morem à quinis nota Facundia Rab-
inis. Rationi Ratio, ad Stilis enucleam, ac Curate
eloquentiæ minime quinatas Fuisse, Fructus capi inde
profluxerunt, dorent ubertim. Conjugum quippe cebra
dispersionis ruptæ; sequentior Salutaris nostrorum usus
propagatus; Fœda jusandi, imprecandique detestanda crusta;

nocturnae sittis crapulaeque mala praepedita. Neque
domesticis modo constrictus, foras quoque erupit Orato-
rum nostrorum nobilis animas captandi ardor; ubi
sexteris adeo vicibus exteris in pulpitis veteranum
suadae suae robur prodidit Germanus Ecclesiastes, eo
quidem cum fructu juxta ac plausu, qui nunquam
non nervosas ejusdem excipere consuevit dictiones:
bis quidem in D. Ursulae Parthenone, luce nimi-
rum D. Catharinae, et tribus magis sacra, cum
binae sacro coetui adlectae, mundanis illecebris
velum obtenderent; binis aliis vicibus D. Patavinum
apud RR. PP. Franciscanos, et D. Felicem Valesium
apud RR. PP. SSmae Trinitatis de Redemptione cap-
tivorum concioni laudavit. Denique festivis quoque
DD. Josephi, Augustini, ac Ursulae diebus germani
sui eloquii Ceporem ac venustatem exteris commendavit.
Neque Slavicus Orator suadam suam alienis in exedris
ellinguem passus est: quaternis namque vicibus, una
apud PP. Minores Observantes D. Antonium cele-
bravit; altera in Lopassov pago Excellmi Comitis
Judicis Curiae Congregationem Virgineae Matris a
monte Carmelo nuncupatae ad pia Magnam in
Dominam studia persequenda animavit; 3ia
Verbovij in Theophoriae solenni pompa confertum
ad auditorem sacerrimis super dogmatis publice
de rostris disceptavit, ubi verba in aures illapsa,
haud quaquam in auras abijsse demonstrarunt,
qui continuo abstersa errorum caligine ad recte
sentientes avesserunt. 4a denique vice Vitterezini
luce D. Baptistae decollato sacra verba fecit,
fructum consecuta optatum. Ad haec ille quoque,
qui populum Academicum nostra in aede exhortatus,
Apostolico zelo abreptus foras prodijt, ubi primum
Bazinij Dominica Passionis, 2o apud PP. Seraphicos
festo Portiunculae, 3o in pago Majthen die
Assumptae Virgini sacro, 4o demum Sellyae SSmi
Rosarij Dominica Slavico declamavit idiomate, hocque
supremo in loco una adolescentem quempiam Lutheri
deliramenta publice jejurantem excepit. Hungarica
praeterea suada in Nagy Emök auditori D. Julij
praerogativas luce ejusdem cultui propria opta verbo-
rum concinnitudine enarravit.

Usus Sermonum

Quam fervens ac frequens, minimeq; à laudatis superiorum annorum exemplis degenere hoc quoq; anno extiterit Salubrrimorum Poenitentiae ac Eucharistiae mysteriorum usus atq; cultus: partim ex majoribus ad aras immolatis 74500, partim ex minoribus pium in convivam dispertitis 63700 sacratis buccellis abunde colligere liceat.

Catecheses

Prima fidei elementa hoc quoq; anno trino idiomate, Hungarico nimirum nostra in Basilica, Germanico & Slavico in Cathedrali, Slavico item adsitis in pagis solito cum fructu teneris puerorum mentibus inculcata.

Privata Colloquia

Jam ea quaq;, quae familiariori consuetudine, aedium intra gilaria habita, sagax animarum amor fecerat, lucra percensere lubet. Isthaec inter jure sibi locum vendicat acerrima arctiori licet amoris vinculo inter se copulatorum dissidia auspicato composita, ubi cumprimis conjugum par nobile extitit, quorum pars altera sejunctis fortunis suis, propediem ab altera discessum meditabatur: adest iterum ac 3io sacerdos noster, invictoq; argumentorum robore eo denique utrumq; adducit, ut quae semel ad aram spoponderant, mutuam iterum fidem teneros inter amplexus, alternasq; offensarum deprecationes sibi praesente Patre extremam ad animam addicerent. Erant 3 alij, quorum alter Beniio integro, ac semestri, alter biennio, uno denique alter amplius anno sacro tribunali penitus abstinuerunt, qui tamen singulis pijs, atq; nervosis sacerdotis nostri ad eosdem saepius invisentis alloquijs ad officium revocati, unam illam diuturnorum ac gravium animi ulcerum agnoverunt, adhibueruntq; medelam, quam tamen ad id tempus prae peste abominabantur. At omnium maxime proficuum sibi comperit nostratium Patrum commercium ille, qui septenis adeo vicibus jam veneno, jam cultro, ac denique laqueo vitam porro pertaesus, ac desperabundus infelicem animam corpore extrudere nequicquam machinabatur, nunquam non ab alijs, qui opportune aderant, etiam cum jam 2do funesta ex trabe sublimis penderet, singulari Numinis in immerentem beneficio ipsis adeo mortis miserrimae faucibus reptus: is quippe repetitis crebro, ac sane quam blandis sacerdotis

hortatibus in spem erectus, eam ad extremum redditam sibi gratulabatur tranquillitatem, qua diris continenter, ac permolestis exagitatus umbris, annuo plus spatio destitutus erat. Hoc praeterea loco praeprimis commemoranda venit peculiaris illa, quae hoc anno cum morbis conflictantium habita fuit cura ac solicitudo, ubi non animis modo, sed ipsis una corporibus et opportunis pharmacis, et numis subsidiarijs precario conquisitis subventum fuerat. Complures quoque ex his ad mortem eo, quem vitae felicioris praemium consequeretur, modo oppetendam à Nostratibus instructi diem clausere. Aliquot insuper florenorum centuriae injuria partae, nostro curante pristini juris factae.

Cura Carcerum.

Haec ampla adeo, ac omnium partium charitas et ad eos pertinuit, qui carcerum in tenebris sepulti squallent, eo amplius alienae opis indigi, quo magis humano ab consortio remoti. Horum certe miseria ac calamitas non sacris modo adminiculis suffulta, verum et larga, ab aliena liberalitate nostris authoribus ex intervallo suppeditata, stipe recreata fuit.

Numerus Conversorum.

Undeni uni vero Ecclesiae hoc anno inserti: hebraea videlicet sacro latice abluta, et deni à Luthero Romana ad sacra reducti. In his Nobilis D. Antonius Marsto bene magnae aeris copiae, atque cujus spem certam habebat, haereditati avitam religionem, bonaque praehabuit perennatura.

Cultus Indigetum Nostrorum.

Solemnes geminorum sanctis Nostrae siderum Ignatij ac Xaverij dies superiorum annorum magnifico apparatu ac cultu nihilo inferiore transacti fuere. Festa D. Ignatij Theologicae Facultatis Patroni, luce Pontifex ad aras stetit Rmus Dnus Ladislaus Thoth Lector Archi-Capituli. Ipsa vero D. Philiae Patroni die solenne sacrum operatus est Illmus et Rmus D. Paulus L. B. de Rewa, Electus Episcopus Dibonensis, et Celsissimi Principis Archi-Episcopi Strigoniensis suffraganeus. Encomia primi Adm. R.

D. Kussányi, alterius autem Adm. R. D. Petrich Parochus Déalliensis de suggesto recitarunt. Neque cultoribus suis gratiam referre compluribus in eos collatis beneficijs praetermiserunt DD. Indigetes Nostri; ubi ope iconum, et laticis D. Ignatij larva quaeriam magica eliminata fuit, quae domum quandam, bufonem mentita infestabat magno cum damno, quod inde et incolentium, et pecorum valetudini enascebatur. Farina quoque Castilionensis Angeli binis fluxum sanguinis stitit: uni prae aeternitatis limine jam constitutae valetudinem reddidit; altera dum horis jam aliquot cum phrenesi conflictata esset sui impos, matri dolenti submittit Sacerdos farinam thaumaturgam, quam cum filiae ori imposuisset, adeo uno facile minuto perculsa agitabatur, ut propediem animam actura videretur; e vestigio tamen altero minuto sibi reddita matrem inclamat; post duas denique hebdomadas omnibus ad iter aeternitatis ingrediendum praesidijs instructa sui plane compos naturae cessit. Tribus eadem farina febrium medela fuit.

Exercitia S. Parentis.

Ex saluberrimis sapientissimi Legislatoris Nostri commentationibus documenta lectiora, atque auditoris genio accommodata excerpta fuere, statoque tempore coram numerosa concione Germanica, bis vero per anni decursum in D. Ursulae Parthenone exposita ab Eulestaste Germanico, eo uberi cum fructu animorum, quem et mysteriorum expositorum dignitas, et excipientium pius ardor sperare jubebant.

Sodalitates.

Natae Angelorum Reginae Sodalitas censuit Sodales 5. supra 700. Omnis in eo versabatur conatus, ut omnium in animis firmas ageret radices cultus Mariang; neque irritus hic nisus cecidit: reperti quippe non pauci, qui sut usitata, ac quotidiana virtutum exercitia, quae aetati huic congruunt, praetermittamus, ad Consodalium aegrotantium lectulos, nedum dies inquietos, sed noctes quoque insomnes exigerent. Complures praeterea, quo Matri suae Sanctissimae placerent, cilicio corpusculum

afflictabant, appetitumque epulis accumbentes defraudabant. Ex munificentia Ill.mi ac Rd.mi D. Rectoris sui, distributa in Sodales Cura Medica animae R. P. Adalberti Tilkowski. Aucta praeterea est ex ejusdem liberalitate Supellex Libraria libellis spiritualibus 40 Gallicae ad normam compactis.

Coetus Hungarorum in binis suis solemnibus Crucis Inventae, ac Exaltatae diebus Pontificem ad aras habuit Rd.mum D. Georgium Molnár Praepositum B. M. V. de Glogoncza, & Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis Canonicum. Albo inseruit tricenis complures. Aerarium auctionem fecit 40 Rhenensium, in quorum communionem etiam pauperes liberaliter admissi. Congregatio Agoniae quo potuit cultu maximo solennes dies suos habuit; et quanquam principe Dominicae Passionis Festo coelum prorsus triste in largos sese effunderet imbres, ardorem tamen confertis velut agminibus ad sacra accurrentium minime restinquere poterat. Ad concionem peroravit quidam ex Ordine Seraphico. Septingentis plures hoc anno inscripti Albo. Curatum Congregationis aere integumentum funebre haud inelegans, gratis subinde ad operiendas defunctorum inopum Sodalium Sandapilas commodandum. Ivonis item mortuorum Sodalium syllabo apprimendae aereum exemplar novum Chalcographi Posoniensis scalpro affabre elaboratum, sumptum suppetente Congregationis aerario.

Coetus Teutonicus Virginis ab Angelo Salutatae, Tituli nempe sui festum, intrato ad aram maximam Pontifice R.mo D. Ioanne Uivendeghi Abbate S. Antonij Rima Szombáth Metropolitanae pariter Canonico ac Congregationis Rectore splendido egit apparatu. In emolumentis censet Conopeum elegans serico rubro, latisque fimbrijs argenteis cum umbella ornatum, 700 Rhenensium pretio à Benefacto Sodali ablatum.

Res Litteraria.

Jam ad lustrandos universos Togatae Palladis alumnos gradum movemus, quorum quidem 75 supra 700 numerabantur. Ex his 160 ipsi adeo Theologiae operam dabant; ubi contra 61 alij (quos inter 35 Ecclesiastici, et bini ex Familia D. Benedicti) Theologiae ad limen consistentes, inter ejusdem Candidatos stipendia tantisper merebant. Praeter Tentamina ex Canonibus, Historia Sacra, ac controversis Religionis dogmatis à Nostris aeque ac exteris suscepta, Thlgiae partem 9 exteri, universa unus publice fuitus est. Prima Laurea donati septeni, at publico absque apparatu secundum novam gradibus super Litterarijs rogatam legem. Ipsius Scholae fabrica ex integro instaurata, concinnaque, opportuna praeter sedilia cathedra surrexit. Ad excipiendas recentioris Phliae praelectiones varijs ex lyceis ad nos confluxere cum litteris, tum virtute ac sanguinis nobilitate insignes juvenes 45 supra 100. Ex his statum Ecclesiasticum amplexi deni; in strictioris observantiae Fratres attonsi 4; unus ad Minorum coenobium, ad D. Pauli Eremum unus, unus denique ad Settem accessit. Ex Mathesi 4 publicum sustinuere Tentamen nobili coram, ac erudito auditore, qui sub fine meritos tentatis plausus accinuit. Inferiorum Classium alumni censebantur 409. Rhetorica suos quinis vicibus publicam in scenam produxit. Ipsum Excell^mum Hungariae Pro-Regem, dum nobilissima cum corona Regium Convictum inviseret, erecto ibidem Theatro apposite salutavit; duos sub anni finem Clerus secularis, totidem ordo Seraphicos, unum Sctas sibi segregavit. Poësis quater sonora fuit, semelque publicum Historicae eruditionis prodidit specimen: Clero tradidit binos. Reliquae 4 Classes praeter stata, quae ex historia sustinuere tentamina, concinnos inductum juxta morem ludos in scena egerunt: & Media quidem Grammatices Classis Jonatham à Triphone una cum filijs dolo peremptum: Infima Ascanium ad Anchisae tumulum ludicrum in certamen Trojana

cum juventute descendentem: Elementaris Ismerium captivorum juvenum orthodoxorum opera à Patre suo Ægysti Rege ad Christianos traductum: Suprema vero Grammatices classis, ubi Neronem sceleribus Romano Imperio gravem, ac à Galba hostem Reipubl: judicatum lusisset, cum præmijs in bene meritos distributis coronidem anno litterario imposuit.

Seminaria

Collegium Generale Cleri Regni Ungariæ censuit Alumnos cum 2 Convictoribus 70, quorum duo licet prosapiæ haud nobilioris, mensæ tamen admoti primæ. Octiduana S. Parentis assesi, solitisque quæ spiritui instaurando inserviunt, tum tirones tum veterani exculti omnes. Princeps præterea Domesticæ Congrãis Festum die Virginis Purificatæ mitrato ad aras Pontifice Comite Carolo Esterházy, reliquoque apparatu splendido celebratum. Neque minoribus studijs palæstra in litteraria decertatum: Unus Thlgiam ursam, Phliam alter publice tuitus est; singulari uterque cum plausu de suggesto movit. Ad hæc seni alij Thlgiæ partem non inferiore successu propugnarunt. Denique terni Phliæ, quaterni Thlgiæ prima laurea insigniti, è quorum numero unus quoque B. Thomæ summam erudita acu pupugit. Pecorum lues, quæ lasso vere grassabatur, vindemiæque, quam præcedens grando et pruina pepererant, inopia non modicam luctus materiem præbuere.

Seminarium Marianum censuit Alumnos clericos 20, Seculares 27, et quinos qui ære suo victitarunt. Ex clericis quaterni ad curandas animas egressi. Philosophorum bini præclara cum sui commendatione haustam ex Mathesios et Phliæ scitis peritiam publice tentari passi sunt. Humaniorum litterarum studiosi in aspecto sibi in publicis per annum Concertationibus principatu minime acquiescentes, unum et 20 præmia sub scholarum finem domum secum ovantes asportarunt. Illmus Adolescens jussu Regis Augustæ, Lutheranæ

matri erectus, atque in Seminario collocatus, cum probis ex moribus et exemplis fructum cepit, ut 3mestre intra spatium cum orthodoxis se sentire publica fassione declararit. Ipsa Augusta suum de felici juvenis ad avita sacra reditu gaudium testari dignata est.

Seminarium S. Adalberti aluit personas 58 praeter 3 Nostros; ex illis aere suo vixere 7, quos inter 2 ex ordine S. Benedicti in monte Pannoniae Professi; Clerici Alumni 32, reliqui 24 in spes Patriae varias formabantur. Litteris hi omnes, impensis eo fine in rem librariam florenis facile 750, ita suam locarunt operam, ut praeter frequentes, quibus domi Praefectorum opera excolebantur exercitationes, 2 partem D. Thomae magna cum approbatione tuiti sint, qui et 1ma Thlgiae laurea donari meruerunt. Ex Philosophis 4 publica tentamina, et unus quidem iterum, omnium cum plausu sustinuerunt. 2 Phliae Magistri creati, 5 primam ejusdem lauream adepti. Nec amoeniorum Musarum discipuli ab horum praeclaris exemplis defecere; ij namque ex ultima concertatione praemia retulerunt, postquam per annum cum primis contendissent plurimi.

Oeconomia hoc anno de lucris altum silere debet: si tamen facunda esse cogatur, non nisi in querelas sese effundet ob detrimenta, quae partim lues pecoraria superiori vere grassata, partim ipsa hac peste perniciosior vagus, ingentibus agrorum frustis inaequali suo, ac rapido cursu abreptis, haud modica intulere. Res Oeconomica.

Missio Leopoldopolitana per hujus anni decursum in Praesidio una, et exteriore Parochia sacro epulo refectos circiter 500 supra 4000 numeravit. Ex praesidiarijs Luthericola unus gremio Ecclesiae redditus. Domui commodum istud accessit, quod Regio aere impositum novum stabulo tegumen, et cella vinaria meliorem formam induerit. Res Missionis Leopoldopolitanae.

Communi omnium cum luctu hoc anno Collegium extulit funus praematurum P. Stephani Gasó. Natus Elogium P. Stephani Gasó.

is erat anno seculi labentis 77mo, Cal. Novembris Lednicziy Provinciae Trenchiniensis oppido; ad sectem admissus Fauzini, ingressus vero Trenchiniy 14. Octobris anno seculi hujus 9no supra vicesimum. Factis hoc in trivcinio ijs, quae ex ipso omne in reliquam vitam absolutissimum quoddam virtutum omnium exemplar fingerent, vitae ex vero religiosae fundamentis, anno uno pueritiam primam ad prima Latij elementa Comaromij instituit. Subinde ad severiores scientias translatus, Tyrnaviae Phlia, Thlgia Viennae ea approbatione decurrit, ut et propugnaret utramque, et subinde 4 Vota profiteretur. Interposuit severioribus studijs 4driennium mansuetiorum litterarum: annum unum in Suprema Gramatices Classe Mediae juncta Ginsij, alterum in illa sejuncta Tyrnaviae, ibidem in Humanitate, ac Rhetoricis singulos. A 3ia Probatione Rhetoricae Tyrnaviensi rursum redditus; inde altero post anno Szagolezam traductus, politiores Musas quinquennio integro nostratibus exposuit; denique Phliam Tyrnaviae Bennio, et Eloquentiam Sacram in alterum jam annum professus est. Omnibus hisce in munijs ob praeclara religiosissimae vitae exempla insigni cum doctrina conjuncta, communi omnium existimatione multo dignissimum se reddidit. Nihil illi Divinis sanctius, ac carius: volupe plane erat, ac liquidissimum quodpiam animi solatium, illius, siquando semotis arbitris cum unico cordis sui sponso solum se in odeo versari crederet, tum ex latebra inspiciendi copiam nancisci, ac velut oculis, auribusque delibare suavissimas, quas ipse intimis plenius hauserat recessibus Coelestis Paranymphi delicias, quarum tenerrimi quidam indices erant oculi, in una quasi meta diductis blande labijs defixi, ac valida identidem ex angusto veluti pectore protrusa suspiria. De Matre Virginea non nisi tenerrima inter comoti cordis sensa proloqui poterat, quae longe validiore audientium animos ferebant impetu, ac ipsa proloquentis verba.

Quae tamen omnibus reliquis, licet eximijs virtutum decoribus palmam, cunctis autem ac singulis, qui P. Stephano utebantur, corda rapuit, fuit singularis illa, eidemque propria ac congenita morum comitas, animique facilitas, atque aequalis in universos, omniumque omnino partium expers propensio, ut neminem non sibi sincere addictum haberet, et vel unico alloquio singulos in sui aestimationem ac amorem pertraheret. Certe quidquid ageret, ubi ubi degeret, placidissimi usque mores, mens candidissima relucebant. Hinc non immerito aliquis, qui cum eo longiori tempore familiarius consueverat, coram frequente virorum gravium consessu edixit, se sancte asseverare posse: quidquid ad absolutam ac perfectam viri religiosi normam desiderari queat, id unum omne in P. Stephano unum veluti in cumulum congestum videre licuisse. Sic ad mortem comparatum morbus fatalis corripuit, qui, ut semel atque iterum remittere, spemque optimam de salute aegri facere videretur, adeo tamen ingravescere coepit repente, ut intra diem, noctemque unam ad extrema eundem adduxerit. Junxere equidem Socij Medicorum curae ardentia vota sua pro decumbentis incolumitate, quin tamen efficere potuerint, ut virum sancti perquam utilem, et patrem sibi longe charissimum diutius vivum, ac sospitem servarent. Atque adeo omnibus morientium praesidijs (quae ultro ipse, ac mature fati sui praesagus expetierat) rite munitus, 4drnte post 9mam noctis in die Maji 22dam vergentis, asthmate pectus opprimente jugulatus, mortales auras deseruit, ingenti ac velut anxio quodam in Domesticorum animis relicto sui desiderio, quo quidem paucis Nostrorum funeribus parentatur.

ANNVÆ
Collegii Tyrnaviensis Ad An: 1756.

Numerus Personar.

Hoc anno hujate in Domicilio Nostratid quatuor, et quinquaginta supra centũ censi: Sacerdotes tres et triginta, Scholastici centum, Coadjutores [illegible], et virginti, et quibus bini triumphantiu, ut probe abeis acta confidere nos jubent, Sociorum numerũ auxere.

Usus Sacramentorũ.

Quam fervent ac frequens, minimeque a laudatis superiorũ annorũ exemplis degener, hoc quoque anno extiterit saluberrimarũ Penitentiæ, ac Eucharistiæ Mysteriorum usus, atque cultus: partim ex majoribus ad aras immolatis 15000, partim ex minoribus quorum in Convivã dispertitis 39000 Sacratis et buccellis abunde colligere licuit.

Concionesq. et Catecheses.

Sodalitef. Sodaliu Marianoru fervor nil a superioru annoru, anteactoruq; Virtute defecit. & Celebrati conventus magna semper frequentia, ac solemnitate. Congregatio major studiosoru sub titulo B. Virginis Elisabethæ visitantis festa suamore aliis annis usitato egit, et in numerum duntaxat Sodaliu juvenu, sed ornatu etiã auctu gratulatur. Catus B.V. S. Labe Conceptæ 89 capitibus definitus est; infimus Natæ Angelorum Reginæ 94 Sodalis pietatis studio imbuit. qvorum plurimi in virtutes præsertim Mariæ amore incredibili, imitandiq; desiderio flagrabant. Celebritatem ejus ornatu apparatu, ac splendore insitato peregit; ipso Congregationis Principe festo munificentia Illi. ac Rmi Domini Josephi Episcopi Vegliensis Rectoris Mariani distributi in Sodales libri: ex nempe bonæ mortis, et unicæ innocentiæ: Inter comoda numerat, qvod provenda liberalitate sui stipella, ad novaru ancillio ad religvam supellectilem facta sit. Natis Germanicæ sub titulo Annunciatæ B. Virginis coacto statis temporibus ita sacros conventus agere celebritatesqve apparare contendit, ut consuetudines, qvas majores nostri incredibili plurimoru emolumento induxerunt, sanctissimas sper habuerit, Pontificii festo titulari ad aras stitit Reconciliatæ Nostræ. Catus morientis in crucem Domini, nil qvod ad festorum ejus splendorem, populique fovendæ pietatis sacere videbatur desiderari possit, Religione tamen præcipua exquisitissimeqve ornatus actus est Dominicæ Dei patientis dies, qva multa hominum millia celocis etiã longius dissitis solita qvot annis pietatis officia apud nos abituri sub vexillis confluxerunt. Inscripti abbatiæ ut plurimum luce Sacrosanctæ 5000, et amplius. Altaria sacra supellectile ancillit calicis et patenæ argentea probe auro obducta, duo item vasa alba sacrificantibus ad sui subsidia, et cingula, qvorum bina e Zonis sericeis contexta sunt. Denique 24 argenti cimilia piorum Sodaliu munificentia Ærario locupletarunt. Ut Præsidis magna in ornandis rebus sacris solicitudo monstrum Veneræ bilis, thuribulum, ac navicula ab antiquitate ita vindicaverit, ut novo hodie splendore nitentium oculos obtexerit.

+ Res Litterariæ. Hæc verum in colendo cultu divino, rebusque sacris augendis vera eo maxime urgens ubique Societati nostræ favendi conciliavit, quod nunc exercenda litteris juventute tanto abest, ut qui pia industria hujus laboribus præfuerunt sit, et etiam in ea instituenda majus sapientissimorum Moderatorum studium, ac contentio exstiterit: qvorum solicitudine ita bonis artibus informati disciplinarum omnium alumni, ut vel Nri nominis hostes summa laudis exinde debiti laudem tanti agnoscerent. Hæc vero in erudiendis Academiis curas, eo majores esse oportuit, qvo affluentes ad hanc scientiarum axem undique juventutis numerus exstitit amplior, qui qvidem millesimum tribus supra 40 excessit. Hos inter Illmo nati loco 12, cæsaris ordinis ex avita Nobilitate valde copiosi, cæteri ex sortis promiscue essent, moribusque diversis exercentur, in tamen unum commune

habuere, qod capacem scientiarum indolem attulerint, qvo subinde audente Professore industria cultura pro classium varietate haud mediocre est consecuta. Facultas saxatior in 3 censibus: Atus enim nostros fidemq desiderabatur: Censuit auditores 238, e nostris minime 96, e Clero 110, et ordine D. Benedicti 32, e Jesuitis, e faucibus ad Clerum, aut familias religiosas aspirantibus 40. Positiones porro ex universa Theologia tuiti sunt nostri 4, partem D. Thomae propugnarunt totidem exteri. E jure Canonico, Theologia Polemica, ac Historia Ecclesiastica publicum doctrinae specimen ediderc 4 4, coteros singularis Moderatoris cura, ac peremnis illa, longoque firmata usu semineriae aemulatio continuumque in re litteraria bene dicendi cupidissimos faciebat: septentrionalibus imperatis persuneti erant, privatos intra parietes prima laurea donati sunt: e Candidatis 40 capantibus numerum unus in Camaldulensium solitudine perpetuo se addixit silentio, ad Clerum cooptati septem. In excipiendis Physicae melioris placitis, naturaque arcanis scrutandis 100 omnino capita elaborarunt, quem in labore utut ardua magna moderatoris facilitas suave, amoenumque efficiebat. Numerabantur in hac doctrinae Palaestra 2 Comites et Albi, ac plures natalibus toto regno conspicuis clari. Per illustres, qui scholae universae splendorem magnum, stirpi vero suae plurimum ornamenti attulere. Tentati ora senatus Academici, et illustri Virorum bilium corona Perill: D. Josephus Horváth, et Perill: D. Josephus Vabel magna ab erudito Auditore ingenii, doctrinaque laude jure optimo auspexerunt, quem exhibita magno numero, apparatuque experimenta majore in modum oblectabant, praesertim ad miram quadam claritudine verborum ubertate abditissimas etiam cum causas juvenes evolvente. Disputationes domi forisque haberi solitae statis temporibus, maximo semper fervore, ac ingentium, etu, ac oblectatione auditorum instituta, eoque exitu qui sapientissimi Moderatoris auris examussim respondebat. Virgilii duobus passimque de omni scientia captu fuisset periculum, primi Philosophiae collati honores, septem ab esse publico apparatu suprema condecorati laurea artium Liberalium Magistri nemoque rari coperunt. Anno exeunte in honoris theatrum prater nostros, decem Universas hodiernae Philosophiae positiones magna omnium approbatione sustinuerunt. Horum alii augustana emblemata, alii libros vario scriptos argumento in frequente semper auditorio praefere. Singulari cumprimis ex his memoria dignissimus Perill: D. Josephus Horváth, qui distributo in frequentes, nobilemque auditore Famiano Strada de bello Belgico inscriptas Excell: ac Illmo D. Comiti Carolo de Batthyán affectiones suas egregia fuit relicta apud omnes existimatione tutus est. Gloriosi hujus certaminis sedulo laudatoque locupletissimum habuit eum, quo Excell: D. Comes Legati munere, ac dignitate insigne voluit, Spectabilis D. Nitzki Directoris Regii Praesidem. Supremis hic in disciplinis Philosophicis actus Perillustri quoque Domino Josepho Kondé, et R. Dno Jos. Hentaller haud mediocre nomen et gloria peperit. Priores theses suas inscripserat honoribus Excell: ac Illmi Domini Ludovici de Batthyán Regni Hungariae Palatini, alter vero Illmo, ac Rdmo Dno Comiti Josepho de Batthyán Praeposito Posoniensi, qui gloriosum utrique ex certamen praesentia sua illustrius reddidit, qua quidem Perill: D. Josepho Kondé, ut vices Excellentissimi D. Parentis personatus exhibuit. In hac tot eximiorum Pugilum praelare factis nobilitata arena tempore quidem postremus, splendore tamen

nemini postha̅bendus fuerit Perill: D. Thomas Erdodi, qui magna omniu̅
ordinu̅ frequentia tuendas assertiones suas suscepit, ex quibus sibi ampliss
ore collegit laudem, quo adversariu̅ illustriore nactus erat; illi enim, quod
haud leve an velli abtigit, ut ab ipso Ill: D. Comite Joanne Baptista
Illeshazi, sub cujus auspiciis suas proposuerat theses, sit impugnatus
ta vero saepe, venustegi et letos tuberae, tympanorumq; clangore, plau
sum omniu̅ gratulationeq; consequeretur. Finem ja certaminii imposito R.
P. Facultatis Philos: Decanus non solita hic loci dicitoria cura grate
Illustrissimo tho hospiti exgit perhonorifica, lautu̅ subinde et ipse cu̅
coteris numerosis sane hospitibus convivii auceptus epulo. Statim
religioso, Ecclesiasticoq; se deni manipraxunt, quorum hinc nostra adjun
cti sunt socii. Ad audiendas Logicæ, Metaphysicæq; praelectiones
ex variis, remotissq; gymnasiis juvenes litteris pritute, ac nobilitate
insignes 196 confluxere, ex his illustrissimis orti Sangonica Z, Comes
ueus, Baro alter. Disputationes praeter privatas publicasq; ve
magno semper ingeniorum ostu, laudeq; agitatas tentamen tum
Philosophicum subivere Perill: D. Joannes Desfalvi, et Perill: D. Joseph
phus Ludovigausztli Consiliariorum uterq; filii, convictusq; regii decora
In eande arena prostituto Majorum imperii tempore descenderunt
Perill: D. Paulus Polztonyi Consiliarii Tabulæ Regiæ Posoniensis filius
et Perill: D. Josephus Majsthényi. Exudita vero hac certamina ca
rumes promptitudine, et alacritate obiverunt, ut nobile cuiusq; in
nomen sua nobilius redidderint. Ac istorum porro tentaminu̅
splendori auxerit praestitum, quod utrumq; hospites clarissimi profes
sia sua nobilitaverint. Matheseis quatenus probeante expolitos tentandq
produxit, Perillustre nempe Dominum Alexandru̅ Balogh, Perillustre Domi nu̅
Caspareu̅ Farkas illu̅ Consiliarii Regii Posoniensis, hunc vero Provincie ejus
dem Vicecomitis filium, Michaelem Pinterum, et R. D. Andream Zabrady
Coll: Rubrorum Diœcesis Agriensis. Sed armis exitu exiis, qui se suosque
labores Statui Ecclesiastico addicere cupiebant votisque omniu̅ damnati,
Ordinis seraphici apud PP. Observantes institutum complexi sex, in lapsu os
ctoresi duo. Interea dum juveniu̅ discipliniarum studiis, suorumq; Al
mum ingenia excolebit Theologia, ac Philosophia nil cessabat in artiu̅
amoniorum palaestra. Moderatorum etenim cura, ac sedulitate eos non cessi
rescens duntaxat, sed terenior etiam atas progressus faciebat, cui in eo
pia Parentu̅ de publicis solicitudo planissime conquievit, respublica
publica non mediocre ex hac juventutis institutione, fructuq; spe,
fidei, ac ornamentu̅ sibi polliceatur. Rhetorica quater suos publicis tenta
minibus subdidit; duo sanctionis, rigidiorisq; vitæ incunda spiritu afflati
Sacra D. Francisci familia apud RR. PP. Observantes auxerunt, et totide
clero adscripti, duobus demum ingrediendæ sortis nostræ copia facta.
Postis Hy Magistros alumnos a litterarum studiis magnopere com
mendandos bonis artibus imbuit. Declamatu̅ aba quater mi

+

ra semper expediti auditorij oblectatione, fuere ipse aulamatio nibus in dele,
ctu exprimis materia tenta Moderatoris erat merita, ut nil tempori, loco,
spectatorique oporteruisse posset: materia porro illustrem exquisita caminij
elegantia ornabat, saca nempe, qua Romana venustate maxime congauderet;
his vero ornibus egregia in actoribus corporis totius conformatio, aptaq rebus
gestum, ac vocis moderatio aludebat. Sed juventus hac non ita theatro de
tenta fuit, quin curis suis amerissimum Geographicae historicae studium magnopere
completeretur, ut eo quidem cum fructu periculum in academia saltem
liquido compertum fuit. Devotione adhuc daveriana 10 diem Veneris, et hesti,
arumq magna religione obiit. Suprema Gramatices classis prater duos
illustrissimos quinquaginta magna ex iis non pauros expectationis adolescen,
tes litterarum, virtutumq studio informavit. Debuti ex his Academiae
nobilitate, progressuque ceteris nobiliores, qui quidquid magna Moderatoris
industria de Regni Hungariae rebus gestis monumentisq explanaverat,
auditori qua felicissime enarrarunt. Horum ceterorumq virtute praclara
D. Aloysii scholae Patroni honoribus religiose cohibita fuit, continuis enim
6 Dominis diebus diuae hunc valido etiam ceteris ad pietatis exemplo
cultu solemni prosequi sunt. Actione ultima in qua benemeritis praemia
distribuuntur, finem scholis imposuit; ejus argumentum erat Valerianus
Imperator Maximiani perfidia Persidis servitute traditus, Stylo Dra,
matis tersus, nitidusque, actoris gratia, ac egregia corporis, membrorumq
ac vocis habitudo commendabat. Media Gramatices classis prater
tres illustrissimis ortos natalibus numeravit 42 duos discipulos, qui
omne inter singularia pietatis stenera exempla edita Divae Angelae
fuere 6 Dni diem religione celebrant. Materia Academia erant
Imperatores a Constantino magno ad Rudolphum Habsburgicum. Actionis vero
argumentum suppeditavit Taxbienus ob societatem cum Romanis initam
nec data. Ea qua ex ludoretur ingens magistri solertia, impune institutos
dis fingendi artes actoribus peritia se prodebat. In infima Gramatices classe
literis operam navabant 40, exhibitum ab his exhistoria quatuor Nomen
drorum simul specimen, in scena datus Paris a suis agnitus. Classis
elementaris sub suis signis 250 numerabat, e quibus tres illustris
simo, plures per illustri, ac nobili stemmate editi prem de se maxi,
ma sub vexilli jejunii tempus pro more exhibuit. Ludis theatralibus
Justinus audita quot diebus Missa praemia, vita nempe in colenita,
te referentem induxit.

Seminaria.

Collegium generale Regni Hungariae Jesuitarum 69 Reverendos Do,
minos quotidie alendos habuit, ex his terni binas D. Thomae anni
superioris partes, totidem positiones Philosophicas propugnarunt.
Sacerdotio initiati ad proludendum laboribus Apostolicis, legen,
dasque aperiendo scholia in vicinia praerexebant, egregia diversarum
parochiarum Curionibus praestiterunt opera, sive dum in Latio Poniton,
tis tribunali confiderent, sive cum ad Concionem diebus festis dic,

lexent. Res Oeconomica domicilij hujus magna in vineis, agrisque ſitis, xiletate afflicta eſt. Ad red tamen familiare haud modica facta eſt acceſſio, cum primis anni tecta vetuſtate ipſa xcinad miniſteria domi, acinſuberibus reparata ſunt; in bonis Kistkomaromi, exſtruta pergola commodo exercitui ſtabula; denique Muſaei novo, nitido, rigue ornatu inſtructu, aucta bina ſupellex.

Seminarium S. Adalberti ob curata domeſtica diſciplina obſervationem, ſuam modeſtiam, pietatisque ſtudium haud mediocre tibi apud exteros etiam nomen comparavit. Praeter tres noſtros cenſuit Diveſarum Dioeceſium alumnos 30, juvenes laudabiles 20. quatuor item menſa prima convictores, qui inter Religioſi ordinis S. Benedicti e Sacro Pannonia monte. E clero ad colenda Divina ea exercitia unus, alius quoque ſemel ſe ſubmiſit. Theologiae ſcholaſticae partes ſeminarii tuitii ſunt bini, totidem recentiorem Philoſophiam propugnanda ſuſceperunt. Inferiorum claſſium alumni ea ſemper contentione litteris vacabant, ut e concertationibus ſcholaſticis magna ſibi, Domicilioque gloria parerent. Sub anni fine conſtantis, nec ulla temporum varietate interrupta induſtria ſtructa tubae, ad Ut praeſigna praemia domum avantes reportarent. Ex alumnis laudabilibus Clerus ſibi delegit duos, bini quibus ad ſacri inſtituta complectenda animos appulerunt, voti compotes redditi ſunt. Inter damna recenſet modicum plane approximatum, et cenſu a tex mille et centum florenis biennio jam non ſoluto. Seminarium Maximum 54 variarum diſciplinarum Alumnos numeravit; inſpem minime curando alium ſalutis alicui Cleriue olebat 20, laudabiles juvenes litteris, moribusque abunde inſtructi. Ut piiſſimorum fundatorum munificentia fruebantur; Conditores, quos ſi proprium domicilii hujus incolas ſe, cit 13 agnoſcunt numero. Sub anni Presbyteri 4 jam Apoſtolici, iis idonei laboribus ad vera edocti ſunt, cujus exercendo opportunitas anno currente coteris etiam minime defuit; feſtis ſeminarii majoribus populo verbi Divini pabulo paſcendo, aliisque munia ſacra obeundo Curionibus ſacris magno fuere adjumento. Altiorum claſſium ſplendores auditores induſtria ſua magna ſedulitate exulta feſtis in loco publico habuere, bini quidem ad magnarum rerum ſui commendationem e ſcientiis mathematicis tentaxerunt bini vero duo profecta libris universa Philoſophiae placita coram ſtabili hoſpitio tuerentur. Manſuetiorum litterarum diſcipuli tandem navos, induſtriosque ſe habuere, ut judicio moderatorum digni habiti ſint, qui ſcholae ſuae principibus annumerarentur, in cooluto anno ſcholaſtico bene meriti praemia donati ſunt, bini in ſeminario virtutem

4.

Convictus Regius censuit alumnos 39; Convictores ore proprio vicitantes et pri-
nra regni Nobilitate numeravit vienes, cum quinis denique e Socie Nra Patribus
ac famulitio universo capita censuit 84. Ex his tres Comites, Barones quatuor,
Regiom Consiliariorum filij v novem, Vicecomitum septem, e Principe Hungaria
Comitum familia duo, Celsissimi nimirum S. R. I. Principis Antonii Esterhazy ne-
potes e fratre germano, Principatus haredes futuri; Horum alter antegvam
castra legeretur, tentamen e Physica universa in Convictu cum plausu
fuit. Physicum vero alter Peritt: D. Josephus Horváth de Lalabér idem pari
cum plausu in publico universitatis loco præstitit. Logicis duo ex universo
Logica positionibus, unus ex metaphysica insignis ingenii sui comendatione
publice tentatus, quorum sententia alii semper ejusdem cum bene nati nobiles simul
nec speciliabantur. Universa Philosophia singulari sui, ac domus Regiæ
existimatione sub auspicijs Excell: Dni Comitis Regni Hungaria Pro-Regis
Ludovici de Battyán propugnavit Peritt: D. Ladislaus Kovacs.
E Logicis porro numero duntaxat tribus, duo sub anni exitu primum sibi
locum vendicarunt, sextus sequentis admeneravi meruisse est. Undevigin-
ti humaniores Litteras alumni studiorum suorum fructu non exiguum
dum tulerunt, seu dum suis in Academijs, ac Dramaticis Loci primum
tenuerunt, seu dum postremis ludis theatralibus 17 præmijs donati
rediere. Rhetores adhuc quaterni tentamen e præceptis Historiæ Contextus
et Telegraphia coram nobili auditore cum plausu subiere. Regium hoc
domicilium inter cæteras suas hoc potissimum memorat, eoque plurimum
mum gloriatur, quod Augustissima nostra fabrica extra quadrum posita
miserta tantæ olim munificentia sanctæ Regia numeraverit, quorum
ejusdem manus haud longo temporis intervallo operi illi imponeretur, quod
ad reliqua Ædificii illius molem perficiendam desiderabatur. Suprema
dei architectonica, decor, ac magnificentia regio omni maxime
consentaneum fuit.

Ultima mensis septembris vita pariter suprema illexit Charissimo No-
stro in Xto Fratri Josepho Kolinszky sub hora quinta pomeridiana.
ri quo in hisce Typographiæ nostræ fuleræ communi luctu et mœrore omni-
bus. Natale ei solum Praga, ubi anno 1700, quinta, et vigesima
Januarii prima aspexit lucem. Artibus his condiscendis sua addixit opera, quibus paucis post tempore ita
se excoluit, ut subinde in Aulico Typographeo factoris at vocant,
partes egregia sui commendatione sustinuerit. Præclarissimis
conatibusque ingens fortuna erat exspectatio omni tamen spe hujus
modi diuissa vitæ functionis desiderio e civibus recunde cepit consilium
cui etiam anno sancti labentis 33, 24 octobris adlegi Vienna
nexuit. Exacto magna sui laude hic biennio Tyrnaviam translatus est
ubi in anno altero supra vicesimo Socius P. Præfecti Typographiæ tan-

Socius
C. Josephi
Kolinszky

ta sui laude egit, ut una omnium consensione, ac voce alter ejusdem Condi-
tor audiret: ars certe litterarum sulsoria ejus potissimum consilio, ac industria
non inducta solum Typographia, sed in eum etiam, quem hodie conspicimus, perdu-
cta apicem. Jam quod virtutes attinet, his ita erat instructus, ut quem
maxima Fratris religiosissimi decora in se uno complecterentur; proferri,
de mentis estu indolis ita temperavit, ut ubi primum ejus effervescentis
impetu alii perspicerent una herum comprimentis conatu non sine
stupore demirarentur. Quod assiduus sui vincendi studium supremo cumpri-
mis in morbo prodidit. Tametsi animus alterum omnino animi valetudine
hac conflictaretur, ea tamen intricti, religiosique animi erat fortitudi-
ne, ut perarduis sui muneris oneribus, acerbos etiam inter mali diuturni
pertinaciique cruciatus perinde, ac viribus integris ferret; quin immo
tanto ei laboris inerat amor, tantum in sociis omni ope juvandis stu-
dium, ut eos etiam valentes fratris ipse exercitatione viribus onere sub-
levaret. Ad salutandum unum Numen Cultratissimum primos inter
vita omni religiosa adesse visus, quod pietatis officium ex laboribus
vacuum tempus reperit, sepius inter divobrie, solemne habuit
nec a sanctatae consuetudine quod repere poterat, morbi aeri-
bitas fratre religiosissimum prohibebat. Ea jamvo laus, qua Coae-
tutoribus ~~valedictionis~~ modestissimis, Legumque nostrarum obser-
vantissimis tribui assolet, eximia, ac singularis in Cratissimo Jose
pho exstitit, Sacerdotum minime veneratis, ingeniique animi sub-mis-
sio, quod virtutem a majoribus nostris impense commendata ita a
nimo suo ~~imposta~~ ingressam habebat, ut illa sibi proprium
fecisse jure dicendus sit: argumento illud sit, quod haud unquam
indecii potuerit, ut caput praesente Sacerdote quovis operiret.
Peculiari Sanctos nostros ordinis studio colebat, praecipuo cul-
tu, praeprimis vero Castilionensem Angelum, cujus potentiae apud Nu-
men auxilio protractos ultra anni spatium saepenumero invaletudine
vitae dies se debere saepenumero profitebatur. Pectoris aegritu-
dine laborabat anno, hinc hydrope omnem corpus diffusa gangra-
na denique, communem sodalis morientibus malum, aegrum ab-
stulit, omnibus ante morientium praesidiis rite munitum.

Parentavit Viro optimo non secus atque Parenti suo
Typographia moerore ingenti; cogor majore, quo magis praela,
ni tot amore labores juxta, ac fructus uberrimi animis
cuilibet omnium versabantur.

ANNUÆ

Collegij Tyrnaviensis ad ann. 1758.

Amplissimum hoc Provinciæ domicilium Academicum censuit hoc anno Socios unum supra centum, & quadraginta, e quibus Sacerdotes triginta quinque auditores disciplinarum septem, & octuaginta, rei demum domesticæ adjutores novemdecim: qui omnes impositam sibi provinciam ea domi, forisq commendatione sustinuerunt, ut DEi gloriam, proximorumq salutem amplissimis ubiq accessionibus promoverent. Horum ego labores delibare verius, quam enarrare aggredior, plura ad memoriam Posterorum dignissima allaturus, nisi Sociorum plerique magna agere, quam de se prædicare, pro sua modestia maluissent.

Quini Oratores Sacri Sermone quadruplici ad frequentissimam, omniq ex ordine collectam concionem verbum DEi proposuerunt eo operæ fructu, quem mutati in melius mores, illustresq animarum conversiones affatim testantur. Emicuit cumprimis ardor Oratoris Ungari, qui in Ecclesia Cathedrali verba ad Nobilem auditorem facit, cujus facundiæ, ac nervosæ eloquentiæ fama cum in dies latius propagaretur, certatim ad alienas Exedras expetita fuit: ter negari omnino non potuit. Dixit apud PP. Paulinos in laudes D. Pauli Eremitarum Parentis, apud Divæ Claræ Virgines in festo Assumptæ DEiparæ, ac demum in vico Hegy in Ejusd Nativitate, magno ubiq plausu audientium, majori vero emolumento. Qui Slavicum populum ad Divi Michaelis instituit, non cives modo, sed omnem late viciniam præclara dicendi facultate attraxit; multos a vitiis ad meliorem frugem avocavit; plurimis pro innata facundia persuasit, ut annosa conscientiæ vulnera, multis interea Sacrilegiis cumulata, apud Sacros aliquando medicos explicarent; salubreque medicamentum libenter acciperent. Suam præterea eloquentiam ad oppidum quoq Emöke exporrexit, ubi in festo titelari Sodalitatis Divi Julij Martyris de ejusdem laudibus orationem non tam verborum, quam rerum pondere gravissimam adornavit. Alter item Orator Ungarus, qui in Basilica nostra festis diebus sementem verbi Divini sparsit, insigni audientium commendatione facundiam suam exprompsit in Parthenone Divæ Claræ, dum eidem Virgini luculentam texeret panegyrim. Nec minima laudis hujus pars ad eum pertinet, qui Græcas in Academia prælectiones habuit quater & ipse de Lycæo in Sacrum pulpitum venit. Indulgentias apud PP. Franciscanos in Solemnitate Portiunculæ facunde admodum commendavit: in oppido Szomolány laudes Natæ Angelorum Reginæ executus est: & in Vitencz celebritati Divi Julij exquisita Oratione initium fecit: Castæ denique Sanctum Emericum digna argumento eloquentia dilaudavit.

Religiosa Patrum Conversatio omnibus solatio, ac ad morum honestatem incitamento, plurimis etiam saluti fuit. Advolabant alacres, quodemumcunq proximorum commoda, aut salus periditantium evocaret: non illos intempesta nox, non gravissimæ occupationes retardare poterant. Assidebant lectulis morientium assiduè, eaq ardore incredibili suggerebant, quæ tempus illud maxime exposcere videbatur. Invisebant frequenter ergastula, captivisq squallore tabescentibus solatia non animæ solum, sed etiam corporis magna charitate ministrabant. Ad furcam damnatus unus non fortiter magis, quam pie mori edoctus est. Excussa quibusdam e manibus toxica, quibus vitam, & qua premebantur calamitatem

finire

finire animum induxerunt. Desidebant assidue pro sacro Tribunali, auresq ac-
cedentibus sæpe multam in diem insigni patientia commodabant. His eximiæ cha-
ritatis exemplis capti advenæ Heterodoxi Samora sensim sapere didicerunt, ac
a Luthero quidem deni, a Calvino bini in sinum Ecclesiæ redierunt. Judæus
ac Judæa probe ante instituti Salutari lavacro initiati sunt; ac priori de
sumptibus etiam provisum est, ut artem condisceret propagandæ vitæ oppor-
tunam. Memoria peculiari digna videtur conversio Francisci Jeszenak,
qui in Ungaria editus, tenera adhuc ætate ab suis in Saxoniam deportatus
est. Inde ad capessenda literarum studia Wratislaviam profectus, Provinciam Cate-
chistæ, ut vocant, diu obtinuerat, donec a Serenissimo Borussiæ Rege Beroli-
num accitus pueros Hussitas idiomate Teutonico imbuere jussus est. Inde
Castra secutus Præfecturam vigiliarum annos complures gessit. Demum ob-
sessæ à Nostris Zitariæ mœnibus inclusus, cum flammis omnia late in-
volvi, seq extremo in discrimine versari intelligeret, votum Religionis com-
mutandæ concipit, si ope Divinæ Matris præsenti incendio eriperetur; tum
de prærupto vallo in subjectam paludem sese dat præcipitem, gliscentemq
in veste flammam restinguit, atq in patriam incolumis revertit: ubi mili-
tiæ iterum auctoratus, votum ingenti pietatis sensu exolvit. Neq eos in-
ter limites animo conceptus ardor constitit; sed quatuor insuper commilitones
exemplo suo gremio Ecclesiæ restituit.

Cultus Sanctorum nostrorum Indigetum magnis hoc anno accessioni-
bus cumulatus est. Divi Ignatius, et Xavenius infulatos ad aram Præsules,
facundos pro pulpito Oratores habuerunt. Sex dominicæ honoribus S. Aloysij
dicatæ ingenti clientum & frequentia, & pietate celebratæ sunt. Biblio-
theca Catechetica facile dena piarum tabellarum millia distribuit, quibus
Cultum Magnæ Matris, & Patronorum nostri Ordinis mirifice propagavit.
Nec votis clientum Sancti defuere Lipsana certe Divi Parentis, aquæ item
iisdem consecratæ omni quidem morborum generi, complurimis vero e partu
laborantibus præsentissimum remedium attulere: Non pauci Eorundem
ope nocturnos terrores, lemurumq Stygiorum incursationes, quibus misc-
rum in modum divexabant, dispulere. Pulveres cineribus D. Julij sacrati
passim expetebantur, multiq fatebantur jure se jurando contestari paratos
esse, sibi eorundem usu valitudinem pene desperatam fuisse postliminio re-
stitutam.

Basilica nostra peculiari R. P. Rectoris cura eam hoc anno faciem
induit, ut quæ antea plerasq in Ungaria, hodie seipsam magnificentia su-
perare videatur. Muri detersa vetustate novum candorem, lucemq ampliorem
induerunt. Summum fornicis fastigium, celeberrimo olim penicillo expictum,
pristinis coloribus restitutum est. Aræ item omnes, fornicis limbi, parietum
ecphoræ, intercolumniorum fastigia, columnarum Zophori, Metopæ, ac volutæ
auro quidem largiter olim inductæ, at centum & amplius annorum curriculo
obsoletæ, ita rursus rutilant, ut oculis animisq intuentium majestatem quan-
dam sacro horrore mixtam inferant. Chorus quoq duplex anno superiore illatus
ac organum par reliquæ basilicæ magnitudini, aurum copiosum, coloresq niti-
dissimos accepit. Verbo ea templo omni species addita est, ut qui ante illud vide-
rit, vetus in hoc novo merito quærere possit. Hoc nitore allecti fideles, præ quam
aliis annis frequentes confluxerunt: particulæ certe majores a sacrificantibus
absumptæ sunt 24200; minores a communicantibus 52000.

Tria studiosorum, bina civium sodalitia virtutem suorum plurimum promoverunt. Illud cui a sancta cruce fluxit appellatio, novam quasi formam anno hoc accepisse, aut veterem potius recepisse videri potest. Cum enim jam dudum perpaucis sodalibus frequentaretur, hodie certatim confluentibus redundat. In festo principe operantem ad aras habuit Illustrissimum, ac Reverendissimum Dnum Martinum Turanyi Canonicum Strigoniensem, & Abbatem B.V.M. de Madocsa. Illud in detrimentis habet, quod magno doloris sensu amiserit Rectorem, ac Patrem suum munificentissimum, quo annis quatuor & viginti fruebatur Illustrissimum, ac Rndissimum Dominum Paulum Bartakovics, electum Episcopum Almisiensem, cui adornata pompa funebri pro merito parentavit. Lenivit hunc luctum Illustrissimus, ac Rndmus Dnus Josephus Szent-Illonaj electus Episcopus Arbensis, idemq Archi-Episcopatus Strigoniensis sede vacante Vicarius, qui munus idem 13a Augusti inter festivos tubarum, ac tympanorum clangores, laetasq sodalium voces in Odaeo sodalitij, aulaeis undiq magnifice constrato cum ingenti voluptatis sensu suscepit, & gravissima oratione sodales ad virtutis studium inflammavit. Eadem hac occasione more jam complures annos intermisso, in gremium sodalitii Tyrones facile quinquaginta publice adlecti sunt, habitaq solemnis Magistratuum instauratio. Praeter non exiguam pecuniae summam ab Eodem Rectore Illusmo liberaliter collatam, aerario illati sunt floreni 150.

Major studiosorum sodalitas virtutem suorum ex merito commendat. Fuere, qui intra Odaei Mariani ambitum flagello in se non semel desaevirent: qui prolixiora jejunia volentes sibi imponerent: qui corpus ciliciis assidue divexarent. Memorandus & ille, qui pauperem juvenem pauper & ipse sine ullo stipendio cum egregia in literis progressione annum integrum instituit. Caetus morientis in cruce servatoris 886. capitibus crevit: pia sodalium munificentia supellectili adjecit thecam argenteam pro sacratissimo Xti Corpore adorationi publicae proponendo, eamq parte haud exigua auro coruscantem, in quam impensi flor. 171. Accessit novum, ac perelegans cuprum, catalogo defunctorum deinceps apprimendum, in quo affabre incisa visitur effigies Magnae Matris, Clientem moriturum pallio contegentis, ac filio suo de cruce pendenti commendantis.

Media studiosorum sodalitas legato 10. florenorum aucta est; magis vero suorum pietate; quos postquam sacra ascesi triduo excoluisset, ubertimos inde relatos fructus laeta aspexit. Erant sane juvenes avita Nobilitate insignes, qui sacratiores majoris hebdomadae dies pane & aqua; erant qui paucis nucibus contenti transigerent.

Minima Natae Angelorum Reginae dedicata ad solemnitatem festi Titularis etiam Xenium adjecit meditationes de quatuor novissimis, beneficio Illmi, ac Rndmi Dni Caroli Zbisko Praepositi Scepusiensis, ac Mariani Rectoris.

Athenaeum hoc toto Regno frequentissimum censuit Auditores 1138. inter quos Illustrissima Prosapia natos undecim. In sortem Domini transcripti sunt 35. in diversa Religiosor claustra se se abdiderunt 31. Universi vero eximiam alacritatem in condiscendis bonis artibus constanter prae se tulerunt. Nec raro praeclara doctrinae suae argumenta publice prodiderunt. Princeps Scientiarum praeter octo Nostros, in theatrum eduxit externos quatuor, quorum unus duntaxat partem, reliqui Universam etiam Theologiam insigni & sua & Universitatis commendatione propugnarunt. Obtulerunt Auditoribus Notitiam Conciliorum

Caba-

Cabassutij, Institutionem Practicam P. Lohneri; et Magistri cum discipulo Col-
loquium: Vitam Dein Archi-Episcoporum Regni Hungariæ Demo exensan,
et ab Authore ipso Decano Scilicet Facultatis plurimum locupletatum. Prima
Theologiæ laurea quaternis est imposita. In Facultatis Festo Sacrum solenne
celebravit Illmus, ac Rndmus Dnus Josephus e Comitibus de Batthyán Pra-
positus Capituli Posoniensis; Orationem luculentam typis extare adornavit
Perillustris, ac Reverendus Dnus Thomas Erdodi de eadem e Collegio Seminali
Cleri Regni Hungariæ Theologiæ Candidatus. Philosophiæ Augusto exeunte
eduxit in aciem præter octo Nostros alios novem, qui dum Assertiones Suas
tuerentur, partim libros Utiles, partim icones Scalpro Augustano adumbratas
in Auditorem sparserunt. Primus subinde bacij incinxit lenos supra decem.
Sed neq; Logica, & Mathesis Officio suo defuerunt: strata tentamina non
sine peculiari commendatione et doctrina opinione exhibuerunt. Musæ man-
svetiores præter singulas in quinis Classe Academijs; non uno specimine
se se commendarunt. Rhetorica & Poësis ter plurima cum Patria declama-
runt. Syntaxis sub anni finem in scenam advocavit Asparem, cum præmia
victoribus distribuerentur. Grammatica vernstro Dramate lusit Demetrium
Macedonem. Infima Iphiclem; Elementarius Constantinum Magnum etiam
num puerum. Demq; ad Academica Commendationem plurimum Contulerunt
ii, qui Eruditissimis commentationibus typis exensis; qua Logicam, & Meta-
physicam, qua Physicam omnem anno hoc illustrarunt. Jam vero
quod subrectam Nomen Collegij Nostri apud gentes etiam remotissimas mi-
fice commendarit. In observatorio Astronomico Vigilia anno toto act&
sunt. Non dies, non nox, qua quidem innubis fuit, sine observatione de-
currit. Una Luna defectis legitime determinata est. Complures ejusdem
uti, & aliorum planetarum cum stellis fixis congressiones. Eccypses Demq;
satellitum Jovis sex supra decem observatæ: quæ quidem omnia cum
adnotationibus Meteorologicis sub anni exitum typo vulgata, atque
Parisios transmissa famam Nostri Nominis apud clarissimos viros ma-
jorem in modum confirmarunt. Accessit lucellecili tubus Anglicanus
pedum octo, Domi Nostræ concinnatus, quo in eo genere, præstantius
desiderari, aut fingi vix possit. Gemina item horologia Astronomica, usu
Celeberrimi Viri Jacobi de Marinonis complures jam annos explorata.

Regius Nobilium Convictus alijs qua Præfectos, qua Nobiles unum
supra Septuaginta; quos inter multi Illmo Sanguine propinqui, omnes certe
vetustæ Majorum Nobilitate insignes erant. Quatuor clero, unus Tyro-
nibus nostris est additus. Philosophiam cum Ordinum omnium, qui frequen-
tes aderant, commendatione palam tuiti sunt bini; quorum Alter Augu-
stissime, alter Patriensi Præsuli eam dicavit. Sua adhuc Classes singulæ
Tentamina, applaudente Auditore Nobilissimo in alio exquisita prompta ani-
mato exhibuere. Voluptatis hanc-ces erat plenissima, audire juvenes,
Scholasticis aliosq; in prælectionibus affatim occupatos, de Cosmographia,
Geographia, re Nummaria, arithmetica prompte, ate luculenter disse-
rentes. Rex tamen nimus præclare sensa Scholastica præstabant: argumento
in eam rem erunt præmia quinq; supra viginti, qua exeunte anno e theatro
gloriæ abstulerunt. Initio mensis Augusti in scenam dederunt Cyrum, quem
cum mira plane dexteritate repræsentarent, spectandi cupiditatem in animis
omnium concitaverunt, qua rex repositio iterum Dramate expleri potuit.
Lyotyot e numerosissima eorum Regnic. Nobilitate aderant, omnes clarissimis
laudibus, plenq; vero etiam lachrymis justum manantibus voluptatem suam
testabantur. Nec parum Splendoris addidit theatrum domesticum, e legitimis ar-
chi-

Architectonicis magnifice admodum concinnatum. Sacellum jam dudum exstrui coeptum ultimam hoc anno manum accepit, litataq hostia incruenta ipso Divi Joannis Apostoli Festo, cujus honori dicatum est, initiatum fuit. Opus est undeqvaq magnificentissimum Regijq plane Aedificij magnitudini par. Formam refert Cavi Elliptoidis, tholus superne in cupulam, ut vocant, concameratus mysteria Divi Tutelaris ex Apocalypsi deprompta, ac eleganti penicillo adumbrata exhibet. Columnarum capitella, auro largissimo, parietes ipsi venusta colorum varietate spectantium oculis mirifice illudunt. Accedunt denique emolumentis aliquot centuriae insitionum in horto suburbano; terra item multis locis complanata, multis pensilium instar hortorum miro artificio sublata.

Collegium Generale Cleri Regni Ungariae curavit Alumnos novem, & Sexaginta; quos omnes triduana ascesi semel ac iterum excultos optimis moribus instituit. Duo ex illis partem primum, tum universam Theologiam praeclara doctrinae opinione propugnarunt, ac pro suprema ejus laurea ultimum periculum subierunt. De Philosophia terni multa cum laude disceptarunt, seni in syllabum Baccalaureorum relati sunt. Inter accessiones censet magnam horti suburbani partem, amotis ligneis sepibus, muro incinctam; Templi item Kis-Komaromiensis instaurationem, quod exuta vetustate impensis Collegij splendori pristino restitutum plebem hodie ad pietatem venustate ipsa accendit. Surrexit adhaec novum in Pereszlény diversorium, rebus omnibus Commeantium usui servituris tota valle Nitriensi facile princeps. In damnis habet dejecta ibidem allodiorum tectoria, dissipatos faeni acervos; sed multo magis litem de limitibus Kolmár Városiensibus abjudicatam; quamquam sarciendi detrimenti spes nonnulla etiam affulgeat, causa ad tribunal Regium transmissa.

Seminarium B. Virginis quatuor, & quinquaginta incolebant: quaterni intra annum ad curandas animas educti sunt; cui labori praeclara sane Commendatione jam ante praeluserunt, dum festis solemnioribus a vicinis Parochis acciti verba ad populum magno cum ardore, & fructu facerent. Unus ex omni Philosophia alter ex parte, tertius ex Geometria publicum ingenij sui non minus, ac industriae specimen prodidere. Mitiorum Musarum cultores prima constanter subsellia inter suos obtinuerunt, ac praemia tredecim, publicum scilicet scientiae suae testimonium abstulerunt.

Divi Adalberti domus familiam capitum quatuor, & sexaginta numeravit, e qua ad colendam Domini vineam undenos exmisit. Quaternos clero, unum societati, unum item Patribus Seraphicis transcripsit. De Universa Theologia disputavit unus, alter de parte, tertius de tota Philosophia: reliqui aliis tentaminibus publice, & privatim eximiam sui existimationem collegerunt.

Patres Leopoldopolitani avulsos a Lutheri signis in Castra Ecclesiae reduxerunt tredecim: Sacram Eucharistiam bis mille circiter fidelibus impertiverunt.

A. M. D. G.

BIBLIOTH. REG. SCIENT. UNIVERSIT. HUNGARICAE

Annuæ Collegij Tyrnaviensis
Ad Annum 1759.

Numerus sociorum

Academicum hoc totius Hungariæ princeps Domicilium censuit religiosa hoc anno capita centum & unum supra quinquaginta: ex his dignitate sacerdotali præfulsere 47. varia scientiarum studia æmulati quinque ac octoginta, rem deniq familiarem curavere undeviginti.

Horum ego præclara, immortaliaq facinora, quibus pro se quisq provinciam suæ fidei creditam domi, forisve illustrarunt, libenter, quam prolixissime possem, memoriæ posterorum, ac incitamento propagarem, ni virtus illa, magnarum mentium propria, quæ hos eo impulit, ut digna laudibus agere, quam laudari malint, me quoq vel invitum summa sequi juberet fastigia rerum.

Res templi

Pia Rdi P. Rectoris cura, toto fere quadriennio ad concilian dam Templo Academico majestatem intenta, post ubi turres geminas campano ære animaverat, ac interiorem Basilicæ faciem aspersa multiformi luce variaverat, extremis demum senescentis gubernaculi mensibus, tanquam verita, nequid ad gloriam tot annis, & impendiis partam desideraretur, omnem sacram supellectilem, quam aut vetustas attrivit, aut incuria labefactavit, ad pristinam integritatem, elegantiamq revocavit. absumpsit renovatio tota septem omnino, ac triginta florenos. Modesta successoris pietas nova veste cærulea (: Casulam vocant:) sacerdotes ad omnes aras induit; lineæ supellectili auctarium haud exiguum, nitoremq adjecit; rubram insuper Damascenam, sericamq aliam candidi coloris materiam, jucunda flosculorum varietate distinctam, comparavit ea gratia, ut solennioribus anni diebus altaria semet magnificentius efferrent. hausere omnia florenos sex atq sexaginta super quadringentos. Sanctæ id genus illecebræ oculos, animosque populi, supra, quod dici potest, rapuere: illico non e civitate modo, sed e vicinis etiam pagis major hominum vis ad ædem sacram confluere, preces contentius fundere, sacra crebrius fatigare tribunalia, & incensam Patrum sedulitatem acrius ad excipiendas confessiones inflammare: quis eorum inivecit numerum, qui simul ac Roma de plena noxarum, poenarumq condonatione promulgavit, vitæ omnis errores inter lachrymas, et solatia retexuere? sæpius jam inde a quarta fere matutina in altum meridiem expiatio animorum producta. gratum apprime superioribus erat spectaculum, ipsos etiam scientiarum Professores tanto continenter ad pium hoc munus impetu rapi, ut eorum alacritas cum pænitentium certaret ardore. pasti sunt Divina dape 62000; majoribus ad aras litatum est hostijs 23000.

Conversatio cum proximo

Aluit mirifice hanc populi pietatem, & latius in dies provexit inquies nostrorum solicitudo, quæ in urbem, & omnem late viciniam effusa, in eo potissimum elaboravit, ut perniciosam rerum scitu necessariarum ignorationem ex animis detergeret, morum licentiam ad legum Divinarum severitatem castigaret, exscinderet vitia, & in eorum ruinis pulcherrimas, quæ miserabiliter procubuerant, erigeret virtutes. Exitum non inveniet narratio, si percenseam singillatim, quoties restincta sint odia, in cædem mutua, ni temporius occursum esset, eruptura?

prot conjugum, cognatorum, ac familiarium discordiæ, qua preci-
bus, qua minis in tranquillum collata? quam inveterate pessimi
ad populum exempli consuetudines diffuta, occasionesque pecan-
di elisæ? quibus vijs noxiæ superstitiones e rudibus, pravisq.
juxta mentibus proturbatæ? quantis laboribus impudentes cau-
tilenæ, variæ nocendi, pereundiq. artes, & innumera magicorum
instrumentorum genera e manibus extorta? in eam ætas om-
nis verecundiam privatis Patrum collocutiis, adhortationibus,
& præceptis est adducta; ut fides, probitas, ceteræq artes bonæ,
propulso legum, ac pœnarum metu, civitatem regant, affusosq.
civitati pagos.

Admirationem æque, ac veterem omnium adversus nos amo-
rem summe intendit, singularis illa Patrum charitas, qua, ut
uniuscujusq. rationibus consultum iret, nulli operæ, laboriq
pepercit: quocunque desiderio ægrotor vocabant, inflammato
cursu rapiebatur; quin ultro etiam vestigabat infirmos, ut simul
afflictam eorum solaretur vicem, simul suam, qua incredibiliter
urebatur, mitigaret sitim. jam quo plura cingebant eos dispen-
dia, quibus pariter cum morbo, & morte colluctandum erat,
hoc vehementius nostrorum exarsit cura. tum enimvero abrup-
tis omnibus, ut maxime urgerent, negotijs evolare, tendere
adversus injurias æris, nec locorum longinquitate, nec impor-
tunitate noctis abstreteri: assidere dies, noctesq. miserorum lectu-
lis: nunc pijs sermonibus dolorem decipere, ac luctum emollire;
modo dictione variis affectibus animata pusillanimos excitare,
ad spem erigere, ope demq omni ad supremum certamen arma-
re.

Interea nihilo remissiore studio suppetias iis ivere socij,
quos vel egestas morte acerbior, vel alia quæpiam adversa
urgebat fortuna. pars victu, pars vestitu, pars præsentiore
adjuti. P. Germanus liberali amotat manu, se tantum eris
e civium crumenis corasisse, quantum sufficeret cum ad amictu
integrum sex orphanis comparandum, tum ad scholam tri-
vialem venustius instruendam: aliquid insuper e ijsdem num-
mis aspersum est ludi magistro ea conditione, ut mores puc-
ros, quellasq deinceps sine minervali ullo literis informet, atq.
ad morum elegantiam, et pietatem fingat.

Grata æternum prosequent memoria amplitudinem benefi-
ciorum fortunatæ illæ animæ, quibus concessum est dudum
nostro funestam maleominatæ hæreseos abstergere labem.
erecta siquidem sex Luthero, quinque Calvino: in his Augustanus
ille typographus, qui jam in solo patrio sacris P. Neumayr dictio-
nibus in dubitationem adductus, nullam eatenus pietis partem
capere potuit, quoad hic plenius sincera veræ Fidei dogmata
edoctus, ejurato palam errore, in Ecclesiæ Romanæ sinu congre-
sit.

E campo hoc recentes Apostoli vixdum detersa pulvere
in Concionem prosilierunt. quin hoc munus incredibili animor
commodo, maxima sui, totiusq. loci commendatione obiverunt.
Latinus, Ungarusq orator, qui compta, luminibusq verborum,
& sententiarum conspersa dictione Basilicam nostram exhilararunt,
in eam potissimum curam, & cogitationem incubuere, ut Academi-
corum ingenia cœlesti doctrina expolirent, corrigerent mores,
animosq solidis virtutibus obfirmarent, probe gnari, utriusq
Reipublicæ molem, ac fortunam horum olim humeris esse sustinen-

dam

Eruptæ hæresi numeral

Concionis

„dam. Ungarus item alter cum Collega Germano gravem, ve„
„teranamq facundiam quotdiebus Dñicis in principe urbis tem„
„plo exprompsit: utriq semper confertus pollicem pressit audi„
„tor. Slavus Praeco ad D. Michaëlis ingenti cum fructu, quem
populi lachrymae testabant, declamavit.

Hanc nostrorum Eloquentiam, scelerum ubiq victricem, ubiq
triumphantem, et summa omnium laudatione supra livorem
evectam, externa quoq rostra, ut ex ea crescere possent, infi„
„mis ad se precibus invitarunt. P. Ungarus quater annuit in„
„vitationi: nam primum in urbe apud Patres, S. Pauli primi Ere„
„mitae, si superis placet, nepotes, Divum Josephum prolixa praedica„
„tione ornavit; tum apud D. Francisci posteros solennia, quibus
portiunculam dixere nomen, admirabili praeconio illustravit:
foris vero in praedio Hegy de septem doloribus Matris vir„
„gineae non sine dolore in Auditoribus excitato disseruit; subin„
„de in vico Emöke bellum D. Julio M. panegyricum struxit.
P. Germanus perinde, ac prior, alienas exedras conscendit
quater: in festo S. Felicis de valois apud PP, a Trinitate dictos;
die tum D. Josepho, tum D. Augustino sacra in Virginum sa„
„cello, quae a S. Ursula gnomen adsciscunt; apud PP demum Fran„
„ciscanos de miris Portiunculae viribus nervose dixit.

Doctr. Xstna Christianae Legis initia tanto aetatis, ac sexus omnis con„
„cursu, ardoreq sunt explanata; ut ad superiorum gloriam an„
„norum non mediocris accessio sit facta. prolixam annus inse„
„quens historiam texet Catecheticae, ut vocant, illius Missionis,
cujus fundamenta hoc anno jacta sunt in hac Civitate non mi„
„nore plausu, quam admiratione. bini Patres nostri, alter e
Carinthia, ex Austria alter, ut fertur, accersiti sunt, qui ar„
„tem, providentiam, opemq suam conferrent ad piam hanc, mag„
„nificamq molem in Regione ista excitandam.

Cultus SS. nostr. Quae ad publicam DEI, praestitumq nostrorum Venerationem faci„
„unt, eo splendore perpetrata sunt, qui omnium oculos in se adver„
„tit, animos ad pietatem arrexit. Triduo ante Cineres, more, in„
„stitutoq veteri solennes quadraginta horarum preces miro hominum
confluxu eq, ac pietatis fervore ad veniam, pacemque superum
exposcendam fusae: novies pro concione dictum: Ambrosianus
festas precationes clausit Hymnus. Sabbathum a resurgente
Dño gloriosum rara omnium ordinum frequentia condecoratum
est. Secundam a Pentecoste Dñicam impendio augustiorem red„
„didit Supplicatio Theophorica, quae Civitatem totam sacro stu„
„pore defixit. porro, ne cramben saepius recoquam, in omni
hoc cerimoniarum genere principem semper sustinuit provinciam
Praesul, mitra, lituoq decorus.

Festa D. Patriarchae Ignatij luce, ad aram solenni hostia
litavit Rndissmus Dñus Gabriel de Schmitth: ad nobilem, confer„
„tumq Auditorem facundam non minus, quam eruditam panegy„
„rim Ungaricam, quae typis data est, adornavit Rndssmus Dnus
Josephus Herman: uterq ad amplificandam tantae diei majesta„
„tem e venerabili Jaurinensium Praesulum Collegio perhonori„
„fice accitus. Magnus Indiarum Aptus vidit sacris solenniter
operantem Rndissimum Dnum Ignatium Koller de Nagy Manja
infulatum Metropolitanae Strigoniensis Ecclesiae Canonicum, sacraeq

Cæsaredi, ac Apostolicæ Regiæ Majestatis Tabulæ Judiciariæ Prælatum. Divi laudes modestia s: quod mirere:/ vocis, laterumq; contentione divulgavit e suggesto plausibilis plurimarum palma, rum orator e familia D. Franciſci: robustam abstulit laudem.

Multa libellorum, pagellarumq; millia in populum sparsa, incredibile memoratu, quantopere cultum, & gloriam Divinæ Matris, Indigetumq; nostrorum propagarint. Fervet tota urbe in D. Ignatium, & Xaverium novemdialis pietas; celebrant semidies Divi, quos hoc primùm anno populus e nostra institutione D. Aloysio consecrare cœpit.

Cœtus Studiosor. eorumq; alii

Ternæ Studiosor. totidem civium Sodalitates, apparatu tam magnifico festos dies suos egerunt; ut mitratus ad aram pontifex minimum jam fere momentum ad splendoris incremen, tum esset. Hungarico-civica, quæ sub sacra cruce militat, lan, guescentem suorum pietatem mirum in modum resuscitavit, tùm sacrarum dictionum assiduitate, tum ipsa Magistratus instaura, tione, quam decem jam anni hoc loci non viderè. crevit eodem tempore sodalium numerus triginta capitibus, inter quæ complu, res publicis muneribus clari. Germanico-civica, Virgini ab An, gelo salutatæ devota, non mediocri frequentia, & pietate suos agitavit cœtus: albo inscripti undeviginti; ærarium 60 florenis auxit. Sodalitium animam agentis in cruce Servatoris videtur vel cum Præside suo expirasse, vel eum certè nondum ita exuisse, ut confusam dolore mentem colligere potuerit ad puncta quæ, am in chartam conjicienda.

rum Serenissimo Archi-Duci Carolo, deinde erectæ ac
solenni ritu dedicatæ in Collegio nostro novæ Biblio-
thecæ, dnq Celsissimo S. R. Imperii Principi Francisco
e Comitibus Barkócki Archi-Epo Strigoniensi honor
habitus est tantus, quantum præbere pt eloquentia po-
ëtices juncta gratiis. Magna illa, quæ Celsissi Prin-
cipis et Archi-Epi inauguraoi acclamavit actio Nehe-
miam spectandum præbuit Hierosolymæ restauratæ mu-
ros dedicantem. Theatrum magnifico per oem ptem apparatu
dives in admiraon rapuit collectam ex oi Hungaria no-
bilitatem. Personas agendas certatim sibi deposcebant
Academici: tres primarias egregie sustinebant totidem
Rdi Domini, duo e Collegio generali Cleri R. Hungariæ,
unus e Seminario S. Adalberti. Vestes, musica, Saltq
accitis Vienna & Posonio omnibus elegantiis orum in se
animos & avida ora convertere. Eadem hæc Schola ten-
tamini ex Historia Ecclesiastica suos cum plausu alu-
mnos exposuit.

Poësis inter quinquaginta 4 discipulos tres illustrmo
genere editos numeravit. Declamavit ter, relicto spr
sui desiderio. Alumnos suos geographico tentamini felici
successu commisit.

Suprema Gramces classis binos in arena literaria plau-
sus excitavit: primum cum ejus progressus specimen daret,
quem ejus discipuli in Historicis fecere, deinde cum e perpetua
munificentia Celsissi quondam S. R. I. Principis et R. H.
Palatini Pauli e Comitibus Eszterhazi præmia in bene me-
ritos distribuerentur. Eodie Annibalem in theatrum induxit
fortem ad fitæ finem; sed hausto veneno in semet cru-
delem. Actoribus confertus Auditor acclamavit.

Neq mediæ Gramces classi Auditorum sive copia
sive nobilitis splendor defuit: duos habuit Hemo sanguine
conspicuos. Ex historia sibi propria bis suorum publicum
periculum fecit. In scenam dedit Saulem commisso cum Phi-
listæis prælio profligatum, & sua occumbentem manu.

In infima Gmces classe numerati sunt novem & 70.
Ex his illustrissimi generis bini. Historico tentamine

Suorum existimationem bis auxit. Actionis argumentum sibi delegit aptum miserationi commovendae: Damonem videlicet ac Pythiam, quorum alter pro alterius salute vitam consecravit.

Qui Elementis dedere operam cupidisse auditi sunt in duplici historico tentamine, Ei quod primum prodiit gratiam praemissus dialogus magnam addidit. Illic puerili partim Aegyptios partim Hebraeos induti alternis de mundi origine, de rerum omnium auctore Deo, quaeque his affinia sunt cum disserunt, Auditorum animos ad pietatem inflammasse videbantur. Parem Thebae vindicatae ab iisdem Spectatori propositae plausum abstulere.

Jamque rerum caelestium in his classium variarum alumnis cura fuerit, quis fervor pietatis, cognosci potest ex eorum conatibus, de quibus proxime commemoratum est. Cum eorum innocentiae fovendae varias artes industriae Magistri excogitaret, et inter cetera curam Mariani atque Aloysiani cultus delectis Advocatis committeret, eo studium corpusculi edomandi evasit, ut demum fraeno esset opus, non calcari. Erant, qui somnum alta nocte abrumperent, et horam integram in adorando Deo genibus nixi deducerent, erant qui nudam terram pro lecto, famem pro coena, et loco luscum, quibus ea aetas oblectari solet, admota clam corpori verbera deligerent.

Observatorium, & Bibliotheca. Item Oeconomica.

Observatorio nostro accessere hoc anno quaedam memoratu digna, quaeque praetermitti silentio absque injuria non possunt. Ejus fama clarissimum suis et majorum suorum ornamentis Cassinum ad se evocavit, cujus cum expectationi par imago responderet, dignam eam speculam existimavit, quam Parisinae conjungeret. Festivis ignibus tota ea turris radiavit tum, cum Celsissimus Regni Primas Fr. e Com. Barkóczy in urbe nostra primam cathedrae suae possionem adiit. Stella vertice gestiva, et octo diffusa radiis ita micabat, ut pendere in aere non opici nixa videretur. Scutum Principis utrumque exquisito Pictoris, Poeseos & Mathematices artificio per illustrata observatorii fastigia crepidines atque fenestras ea ratione collocatum est, ut fluitantibus undique lemniscis et subjecta epigraphe sua et cogitationi et oculis oblectatio tribueretur. Delectatus eo spectaculo Princeps indicavit: Cupere se iterum cum Proceribus

ejus voluptatis gustu frui. Obsequii Summi. Observatione
præsenti hoc anno peracta in lucem prodiem edaz.

Præsentem Collegii nostri decus Bibliotheca hoc
anno vota nostra absolvit. Cujus inaugurationi fortan
principio Regis Stapi fausta præsagiri P. Professor
Elogistis in Triclinio pro dignitate exornavit. Edu-
"xit eo die in applausus suas etiam elegantias Rhetor"
"rica non minus quam Poëtis. Spectos fama spectatum
exciverat, fuere autem in his nonulli, quorum eruditi"
"tionis existimatio Europam omnem pervaserat: honoris
causa rursum hic Eminentissimum Cardinalem Viennensem
& Celeberrimum Cassinum nominamus. Ab omnibus
par Structura visa est et Conditoris fama et impensa
in. sumptum Aeri, quod est millium florenorum quatuor,
ad ducentos quadraginta.

Domus Collegii tantus longe ad speculam porrectus
in octo elegantissima cubicula hoc anno divisus est,
atque ita instructus, ut jam nihil ad eorum commoda
deficiat quidem nostris cum Collegii partem colunt. Hinc
1368 florenii expensi sunt. Ad nitorem veteres quoq;
Collegii ambitus rediere. Unus ex ijs, qui Triclinio pre-
"tenditur, Sectis in quadrum lapidibus 140 florenorum
impendio stratus est. Tectum quod Australem immines,
et qui inde ad horum ædificii latus excurrit, imbricum
pro scandulis subjecto etiam adversus imminentia duplici
muro, accepit pretio fl. 487. Sumptuum partialium
"qua impensa est ad ingressum Celsissimi Primatis honorandi
Jam ut nihil eorum repetamus quæ sunt commemo-
"rata superius, Venienti Principi Senatus populusq;
Acad. cum omnibus honorum Suorum ornamentis
occurrit, & amicissimis totius obsequiis magnifici ejus-
"dem Rectoris oppositæ Orationi detulit. Ejusdem ho-
"noribus distributa in Proceres sunt permulta
prædicti ejus operis exempla, quod et Argumenti dignitate,
et Auctoris fere ei magnopere probatum est. Offere-
"bat enim Primati Hungariæ Acta & Scripta Magni
Africæ Primatis et Martyris Cypriani. Accessit alte-
"rum munusculum a facundia Oratio Laudes com-
"plexa Principis atque ita elaborata, ut nihil ei
vel ad ubertatem deesse vel ad gratiam.

Semiaria & Convictus.

Domicilia Nostrorum Aula commissa in hiatis ac
pictate Cursum hoc Anno tam optatum tenuere,
ut superiorum annorum gloria ab Alumnis collecta
in hunc unum confluxisse penitus oculis videretur.

At repente decedere ea cura jussi festa Sanctorum omnium luce Mariani atq; Adalbertini Semina-riorum, nec non Collegii Generalis Cleri R. Hun-gariae praefecturam dimisimus. Ea decessio per-acta est quidem tranquillis utrinque animis, officii tn sui Socta non immemor protestata est e formula juris cum juventut etiam secularem quam in Ma-riano gubernaverat, amitteret. Posita autem in omnibus ijs educandis hactenus a Socte cura atq industria magnopere a Principe collaudata est. cum et aerarium in omnibus ijs domicilijs provida tot an-norum cura et industria vehementer auctum cer-neret, et nullum vel levissimae adversum nos querelae ar-gumentum reperiret. Actus Collegii generalis solitis in Basilica Universitatis Nrae cerimoniis du-obus pene mensibus etiam postea functus est; at hi quoque jussu Principis in Eccleam Cathedralem demum discessere.

In Convictu R. Archi Episcopali magno bonorum omni-um solatio praecipuus patriae juventutis flos ex Illustrissima atq; avita Nobilitate collectus venturae in eandem disciplinam posteritati pulchra hoc anno re-liquit exempla ois ejus gloriae, quam praeclara ai ad literas contentio colligere pro merito solet. Logico Physico et Mathmtico Tentamine octies ingenii sui laudem auxere. Assertiones Phlcas tuiti ex ijs sunt duo plausu semper eodem. Haec palam coram universo se-nat. populoq; Academico. Aulam domesticam octo aliorum tentamina illustrarunt. Specimen autem da-tum est ab iis ex Algebra, Geom. et Trigmtria, Arithmetica utraque eo successu, ut plures hisce studiis annos im-pendisse viderentur. Atq; has disciplinas eo tpore in ani-mum collegere, de quo multum detrahendum erat, im-pendendumq; varijs Europae lingois, Musicaeq; et ceteris hujusmodi elegantiis. Praecipuo hic nae Peril. ado-legens Emericus Lengyel dignus est, quicum duarum horarum spatio ex hisce quae commemorata sunt, pe-riculum sui coram Auditoribus fecisset, adjunctis ex u-niversa Rhetorica, Historia Ecclstea, nummaria, Scu-taria, atq; Arithmtica quaestionibus lacrymas gaudii

testes genitori excivit. Humaniorum literarum
in hoc domicilio alumni cum sub Ann finem publi-
catis Victorum nominibus utrumque vaginam re-
plerent duo supra 30 præmia abstulere. Hæc
eadem domus celsisso Principi Transylvaniæ
ter ferestras festis ejusdem, gros varia poesicy de-
dicio distinxerant, ita placuit, ut publica am-
plissima referret laudem. Hæc ea magnis
ejus viri actis merito adscribimus, qui annis
15 eam domum partim struxerat, partim eductam
magnifice, gubernaverat.

Elogium P. Josephi Mátyás.

Die 29 mensis Aprilis ad præmia laborum
vocatus est P. Josephus Mathyás, paucos infra
dies maligna febri conjunctus. Primam lucem
aspexit in Transylvania 9na Februarii anno supra
millesimum septingentesimum, tertio decimo. Stan-
dardibus literis absolutis, anno 1734 Trencsinii
Tyronibus nostris est adscriptus, emensus deinde cas-
tra philosophicum triennium, juventutem non mi-
nus literis qm bonis moribus variis in locis studi-
vit. Cassovia redditus Theologiam ea commen-
datione excepit, ut discipulus adhuc alij ele-
menta sacræ linguæ instillaret, ac subinde gravi-
tum votum Pontifici nuncuparet. A probatione
tertia vitam omnem Apostolicis laboribus sacra-
vit, Patakini primum anno uno ferventem egit
Concionatorem. Illic cum hæreses Calvinianæ magnos
passim invaderet, statuit gratum ei præstare ea
quam de Græcis Hebræisque collegerat, eruditio.
Auditus autem est abs viris prudentibus non minus, qm
utiliter, et eo minimum fructu, ut nonnulla, quæ
imbuerat, præjudicia deposuisse viderentur. Ad-
huc Regalem evocatus exemplo D. Joannis Bap-
tistæ Regis per aditos fustes late campos strata
magnis ingenti fructu nec minore sui laude ex-
coluit, longum foret dicere quantum illic sudaverit,
quibus artibus fidei Christianam fovetit, quæ spolia
orco detraxerit, vel hodie grata memoria Patrem Jo-
sephum omnis ea plaga prosequitur, agro tot tam
claro beneficia excepit. Familiæ complures, quæ
olim Xto subjugatæ erant, pastoris defectu in
mores hæreticos, veræ fidei rudimentorum ac
Divinarum legum oblitæ degenerarunt, quin et

proles

anno Prob. 3tia

haretia instituì curarunt. Hos ubi lenitas nil pro-
„fecit, graviores P. Josephi minæ ad frugem feliciter
redyxerunt. Alios sanctum a parentibus errorem ma-
„gno labore exemit, quibus a Dominis, qui terram eam
obtinent, exemptiones tributorum remissiones, fundo,
„tum compliationes ceteraq; id genus commoda supli-
„cibus libellis impetravit. De pago in pagum ad vil-
„las adeat sole, ac via, qæ imbribus invia, quo ani-
„mabus succurreret, itabat; alias per asperos, la-
„teq; fusos campos unus oberrabat, ac pastor culos ruhit
dedo aut anima scientes etadiebat. Non raro,
quos rei bene gesta laudatores fore sperabat, eos invi-
„dorum accusationibus exátos minarum et indigna-
„tionis plenos experitus. Quod a tenui suo victu, quem
victor parabat, superfuit eris, id in pauperum atq;
ægrotorum levamen contulit. Ad honoratiorem in-
„de cathedram evocatus ita magnâ reliquit, ut eadem
repetendi desiderio semper ferveret, nec viri obedientia
voluntatem remandi retardaret. Hæc viri suas alio-
„qui laudes penitere agretus eo fine familiari cuidam
suo recensuit, ut si eadem ei abigndo provincia ob-
„tingeret, foret rerum similium non ignarus. Albæ
Julendiam triennio ita probavit, ut dignus sit visus,
qui apud nos in Ade urbis principe de hodie sacrosa-
„ctana oratio audiretur: quo munere cum in aliud
quartum fungitur, sodalitii, quoda salutari ligno no-
„men habet, frages, ideinq; biennio per vernos jejunii di-
„es sacer portator fuit. Enitebatur in L. Josepho vir-
„tutes munia qs gessit accomodatissima, quarum famam
ad supremum usq; diem retinuit. Legum nostrarum custos
fuit acerrimus, aut salutis ita cupidus, ut nunquam pri-
„vata commoda, sed unius Dei gloriam spectaret. In-
„de minum in eo pauperibus studium. Ore ipso plus tanta-
„mper vita exemplo virtutem afflabat audientibus, et
scintillas boni ignis in animis etiam perditorum hom
excitabat. Obvios quosq; in plateis comiter affatus
aut collaudabat in rebus divinis solertiam, aut de ab-
„sentia alicui defectu amanter questus ad diligentiam
invitabat. Quo in superiores suos cæt animo tum pe-
„culiari coram eis modestia fuerit, cui vero in fa-
miliari cum notis suis colloquio cum forte super-
„viens

„riorum

+

novi in sermonem venirent, adeo eos elevabat, ut vel nulli apparerent, i exiles et censura indignos pro-probabat: semper certe eorum partes tueri sanctum habuit. Satagente illo factum est, ut circa copios. spr. cœtus sacros adirent, et ætas tenera sub signis pluribus Doctrinam Christianam audiret. Diebus, qbq æger postremis vixit, piis narratiunculis, quas di-ctionibus sacris inspergere in more habuit, non minq ad se invisentes recreabat, quam se ex arbitrio divino fingebat. Apud suos Auditores quo in pretio esset, cum efferretur, patuit, qndo et Sodales accensis cereis et turba puerorum suis cum signis honor ei supremum persolverunt. Præmaturum viki vita longiori dignissimi fatum graviter sibi accidisse præter alios testati sunt primi e V. Archicapitulo Præsides, quorum complures funeri, cum ageretq, præsentia sua parentarunt.

O. A. M. D. P. D. B.

Catalogus Personarum Collegii Tyrnav. Aō 1762.

R. P. Fran: Borg. Kéri Rec.
P. Carolus Barbieri Min. Præf. Eccl. et Sanct.
P. Andreas Aclány Prof. S. Scrip. Dec. Phil. Exam. Jur. Cons. 1.
P. Andreas Bernolak Geometra.
P. Andreas Handler Prof. Ling. Præ. et Repe. ejusdem Exh. Acade.
P. Andreas Jaszlinszky Prof. Theo. Exa. Jur. Dir. Jun. Cons. 2.
P. Antonius Csiba Proc.
P. Augustinus Hueber Con. Dom. Perm. in Cathed. Præf. Spir. F. F. Conf. Dom. Oper.
P. Casimirus Bedekovics Prof. Hist. Sacræ, Præs. Cong. Maj. Stud. Exhor. Dom.
P. Christophorus Veiss Præf. in Con. Reg.
P. Emericus Tolvaj. Præf. Typog.
P. Fran. Abel Præs. Cong. De Doctri. Chris. et Catech. Slav. Missio.
P. Francis. Xav. Halvax Conf. Dom. Dat puncta F. F.
P. Francis. Kozma Præf. in Conv. Reg.
P. Fran. Veiss Præfec: Spec. Astron.
P. Geor. Sartoris Con. Dom. Slav. ad S. Mich. Præses Cong. Agon. Exh. 4 Temp. Hab. Cur. Carc. et Hosp. Oper.
P. Ignatius Schmelczer Sub-Minist.
P. Joañes Prossinger Præf. in Conv. Reg.
P. Joannes. Bap. Knall Prof. Elog. Soc. Deca. Ling. Corr. Lec: Mensæ Exh. Dom.
P. Joannes Molnar Prof. Ethic. Catech. Templi Hung. His. Dom.
P. Joannes Passár Præf. in Conv. Reg.
P. Joan. Nepo. Szluha Dec. Cas.
P. Joannes Tibores Con. Hung. in Cathe. Præf. Cong. S. Crucis.
P. Josep. Führer Prof. Repe. Math. Oper.
P. Josephus Heggyi Prof. Contro. Exh. Dom. Conf. Convict. Apud Ursul.
P. Josephus Kengeres Prof. Log. et Meta.
P. Joseph. Krcho Admi. in Bozok.
P. Joseph. Pintér Dec. et Prof. Theo. Exam. Jur. Cons. 1.
P. Joseph. Vinterl Prof. Ling. Sacræ et Repet. ejusdem. Præf. Cong. de Doct. Chris. et Catech. Perm.
P. Ladis. Turoczi. Præf. Spir. Mon. Exam. Cand.
P. Ludovi. Csapodi Prof. Phys. Gen. et Part. Corr. Lecto. Mens. 2.

P. Mohi. Peiger Reg. Conv. Reg. ArchiEpis.
P. Micha. Horváth Prof. Math. Conc. Hung. et Exh. Quadr. in nostro.
P. Mich. Klaus Prof. Can. Exh. et Conf. Dom. Cons. &c.
P. Nicol. Schmitth Cancel. Exam. Iur. Praef. Bibliot. Conc. et Tono. Rev. Libro.
P. Paulus Ocskai Praef. in Conv. Reg.
P. Steph. Novotha Cur. Valet.
P. Theodorus Daniel Soc. P. Praef. Bibl.

Professores Inferiorum Scholarum.

M. Joseph. Petzler Rhet. Praef. Cong. Med. Stud.
M. Balthasar Nagy Poet. Praef. Cong. Min. Studio.
M. Antoni. Rumer Synt.
M. Joseph. Keresztúri Pram.
M. Jacobus Rochel. Princ.
M. Joannes Dvornikovics. Parv.

Theologi 4 Anni

P. And. Balogh. P. Ant. Rusbaczki Reg. Cho.
P. Emeri. Pesti. P. Emeri. Micháli.
P. Fran. Török. P. Georg. Vechinger.
P. Ign. Platsko. P. Joan. Janics.
P. Joseph. Nagy. P. Mart. Cervus
P. Mart. Pell. P. Steph. Katona.

Theologi 3 Anni.

Ada. Habianecz. Ferd. Nusdorffer.
Fran. Xav. Partner. Georg. Mordax.
Ign. Pruber. Joan. Horvath Bid. Theol.
Joseph. Eröss. Mich. Horvath.
Paul. Eross. Bid. Can. Philip. Brajkovics.
Stephanus Rezner.

Theologi 2 Anni.

Alex. Rusbaczki. And. Bertassi.
And. Lachar. Bid. Conc. et Tono.
Casp. Piroth. Francis. Katona.
Georg. Perencsér. Georgius Mayr.
Igna. Fiaatzi. Joan. Biro.
Joseph. Winkler. Steph. Hajass.

Theologi 1 Anni

Ant. Vaxman. August. Pupikhoffer.
Joan. Nep. Bober. Joan. Nep. Fabri.
Joseph. Kunics. Joseph. Rendl.
Mart. Takacs. Bid. Hebr.
Paul. Ribics Sen. Petr. Spaics.
Steph. Platsko. Steph. Urményi.
Thom. Budai.

Repetentes Matheseos.

Pabr. Prueber. Ign. Hudelist.
Joan. Michelics. Joan. Nep. Fierer
Josep. Eybl. Joseph. Heirenpach.
Laur. Posner. Mich. Springsfeldt
Bid. Math. Mich. Wolfmayr.
Mich. Vinkler.

Repetentes Linguarum.

And. Horvath. Ant. Kukecz.
Christ. Jenisch. Bid. Heb. et Prae.
Joseph. Peternader. Jos. Windpichler.
Mich. Balderman.

Philosophi 2 Anni

Fran. De Paula Dengler. Fran. Jäger.
Georg. Peisschek. Joan. Somogyi Bid.
Jos. Arvai. Jos. Csakanyi.
Joseph. Koffen. Mart. Babics.
Math. Klobusiczky. Mich. Bodenlos.

Philosophi 1. Anni.

Carol. Melczer. Casp. Caspar Sub-Ma.
David Szabo. Franc. Püspöki Bid.
Ign. Pernkoff. Jos. Päal.
Josep. Hiemer Manud.
Jos. Radocsai.

Coadjutores.

And. Kovacs. Jan.
And. Steller Coc.
Anto. Plessner. Praef. Lin. Supell.
Anto. Püschl. Soc. P. Praef. Spec. Astr.
Balth. Prifter. Praef. Lan. Supell.
Bonifacius Fischer Sub-Infir.
Engelhardus Hillman. Infir.
Fran. Xav. Novak Cell.
Fran. Xav. Schuller Cred.
Peor. Timanoczi Soc. P. Praef. Tijpo.
Ignat. Teübl Sacrist.

#.
Joannes Linder Subcell.
Joseph. Ellinger Sub-Coc.
Leopoldus Steinpacher Sub-Disp.
Marti. Javorek Oeon. Dom.
Mart. Kassyar. Empt. Disp.
Mart. Krupai Oeon. in Bosok.
Math. Saglmayr. Apoth.
Math. Veiss. Soc. P. Proc.
Theophil. Pintner. Sub-Coc.
Zacharias Heher. Sub-Cred.

Historia Collegij. Tyrnav. ad añum 1762.

Amplissimum hoc Provinciæ domicilium numeravit hoc anno Socios quadraginta quinque supra centum: ex quibus Sacerdotes quinquaginta, scholastici septuaginta quatuor, reliqui domestica Marthæ munera curarunt. omnes in id intenti, ut pro munere quisq; suo promovendæ Dei Gloriæ, salutiq; proximorum sese totos addicerent. Pia hæc eorum studia, sanctosq; labores compendio exequar: tum defunctorum duorum elogia referam.

Quod Societati nostræ in primis semper curis erat, ut SSorum Poenitentiæ, ac Eucharistiæ Sacramentorum et debitum, et frequentem usum ad omnes proferant, nihilo segnius, atque alias hoc iterum anno curarunt Socii; quorum opera effectum, ut quinquaginta octo millia, et septingenti expiatis animis cœlesti dape reficerentur a Sacerdotibus, qui octodecim mille, et nongentis hostiis majoribus ad aras litarunt.

In tribus Urbis Ecclesiis quinque Oratores sacri idiomate quadruplici ad frequentem semper et avidum auditorem dixerunt, eo plausu, quem pertinentes in omne genus hominum fructus amplissimi abunde probarunt. Ipsi certe cæterarum Ecclesiarum Præfecti, ut instituti sui sanctorum cultum proferrent latius, festis eorum diebus ad viros hos recurrendum tibi esse censebant, quorum inflammatam Apostolico zelo facundiam, appositamque ad persuadendum quidlibet dicendi rationem Urbe tota celebrari noverunt. Inde factum, ut alienis etiam Cathedris operam suam commodare sint coacti. Is, qui in Cathedrali Ecclesia quot Dominicis ad populum Germanico dicit, apud PP. Trinitarios de S. Joanne de Matha, de S. Josepho, et S. Ursula apud hujus nominis Sacras Virgines eleganter disseruit. Dominica demum SS. Angelorum Nationis Germanicæ Congregationem magna erga Tutelares hos Genios religione complevit. Pari approbatione is, qui in templo S. Michaelis Dominicis diebus ad consertum semper populum verba facit, in cæteris cathedris

Quater auditus est: primum cum in Emöke ad sito Nitriæ paga S. Julii, tum Leopoldopoli S. Aloysii, subinde Natæ Coelorum Reginæ in Zavár, ac demum in Perencsér S. Martini Cultum confluenti undique auditori veterana eloquentia commendavit. Qui demum rudimenta fidei teneræ ætati germanice exposuit, bis in Academico Templo cum 40 horarum preces haberentur; semel item ad Sodalitatem Marianam Annuntiatæ Virginis festo die, quater ad patientis Xti Cultores verba fecit, relicto Spx magno Sui apud omnes desiderio.

Conversio Nostrorum.

Religiosæ Nostrorum cum exteris conversationi multi salutem debent. Nam præter erepta compluribus amuleta magica, excussos e manibus libros vetitos, dissoluta periculi plena conventicula, composita inter propinquos odia erant e conjugibus nonnulli, qui violati thori rei ad juratam primum Fidem sunt revocati; ut mirum plane non sit, quod utilem adeo Patrum operam experti plerique, omnem in iis post Superos fiduciam, quibuscunque premerentur adversis, collocarint.

Hæretorum Reductio

Hos inter Lætissimos Apostolicæ cum proximo conversationis fructus collocanda etiam veniunt lecta de Hæresi Spolia; duo enim Luthero addicti Catholice credere, et vivere coacti sunt: quorum unus altero ab ejurato errore mense ad meliorem, ut spes est, æternitatem abijt.

Congregationes

Ad tria Studiosorum, totidem Civium Sodalitia magna et Sodalium accessio facta est, et pietatis. Major Academicorum Congregatio centum septuaginta ~~capi~~ amplius capitibus crevit: et quamvis Venerabilis Clerus ex ea excesserit, Sodales tamen facile quadringentos numeravit: duo erant hos inter Illustrissimi Sanguine, virtutum cultu, et ardentem in Virginem Matrem amore amore multo etiam plures, præsertim postea quam triduana mense Julio ascesi exculti sunt, erant certe non pauci, qui, quod in Corporis castigatione modum excederent, freno eguerunt. Media Studiosorum e Rhetoribus et Poetis conflata tres supra 100 Sodales censuit a modestia, orationisque studio plurimum commendatos: ærario ea pio defuncti Sodalis Legato intulit florenos 10.

Minima Sodales novem supra centum, qua Syntaxistas, qua Grammatistas complexa est, omnes in id intentos, ut tanta Matre dignos se filios probarent. Festo Titulari distributus fuit in Sodales liber, cui nomen annus sanctus; praebente sumptus Rectore Mariano Illustrissimo, ac Rdssmo Dño Carolo Zbisko Eppo Tinniniensi, Praeposito Scepusiensi. Aerarium ex munificentia defuncti Sodalis crevit florenis 50.

Et nominata hactenus Studiosorum, et reliquae Civium Sodalitates festos suos dies magnifico semper apparatu egerunt. Congregatio Permanica Virgini ab Angelo Salutatae devotae festo principe nostratum ad aras Antistitem habuit Rdssmum Dñum Joannem Nep. Ipolij Strigoniensem Canonicum, et S. Georgii Praepositum. Conventus Marianos magno confluentium undiq Sodalium fervore statis dominicis habuit, supellectilem Sacram renovavit: sumptus in eam factos pia Sodalium liberalitas collatis 100 amplius florenis reparavit.

Congregatio cui a moriente in Cruce Servatore nomen, sacras sibi 4 temporum Dominicas usitato aliis annis splendore celebravit. Festo Titulari collucentibus in ara principe cereis plus quam septuaginta defunctorum eo anno 389 Sodalium nomina in frequentissimum populum sparsit. Vivorum numerus crevit capitibus 991.

Doctrina Xtiana

Magna tenera etiam aetati principiis fidei imbuendae cura impensa est a tribus Sacerdotibus, quibus totidem nationum parvuli instituendi obtigerunt. Ad comendationem illorum id comemorasse sufficiat, quod inductam ante bienium tradendae Doctrinae Xtianae methodum sollicite retinere, ac qua parte, ut Sanctissimis id genus institutis usuvenire solet, collati coepit, reparare comunibus studiis sint adnisi. Parvulorum ardor adultorum quoq tepore discussit, e quibus nonnulli ab iis, quos docere debuerant, ea se didicisse fassi sunt, quae tam diu turpiter ipsi ignorarunt. Egregios Patrum conatus qua auctoritate, qua aere promovere n pauci: hos inter Catechista Permanicus celebrat Congregationis suae Rectorem Illmum ac Rdssmum Dñum Ignatium Kaller Episcopum Vesprimiensem, qui in pauperis Juventutis educationem florenos 60 hoc iterum anno donavit.

Sanctorum nostrum Cultus

Solenniora Templi, Universitatis, Sanctisq; nostra festa exquisito semper et arae ornatu, et musicorum concentu celebrata sunt. Populi certe vis tanta diebus his ad Ecclesiam confluxit, ut ad altum meridiem Sacerdotibus bene multis pro Sacro tribunali considendum fuerit, ut piis animos expiare volentium studiis fieret satis. Divorum Ignatii, Xaverii, ac Aloysii cultui dicatas ferias n̄ scholastica modo Juventus, sed exteri etiam inter praescripta Religionis opera frequentes celebrarunt. Illud D. Aloysius peculiare habuit, quod RRmi Dni e Seminario S. Stephani insimis precibus a Patre postulaverint, uti media sexta (horis enim reliquis Cathedralis Ecclesiae obsequiis destinentur) e gremio illorum Sacerdoti venia fieret Sacrum ad aram, quae Divi praefert imaginem, celebrandi, ac sub eo Co-Alumnos Eucharistica dape reficiendi. Id quum ardenter expetierant, cum tam liberaliter indultum sibi esse intellexissent, dici n̄ potest, quo animi ardore, vultusq; ac totius Corporis modestia Sacras Angelico Juveni sex Dominicas obierint, n̄ sine lucubento nostrorum perinde, ac frequentissimi populi solatio. Magnum iidem, ac reliqui etiam de Seminario Generali Alumni erga Caeteros indigetes nostros religionem sunt testati, dum festis eorum diebus Eucharistica mensa in Ecclesia nostra frequentes accubuerunt. Festa S. Parentis nostri die ad aras citavit Illmus ac Rdsus D. Gabriel Ordodi Electus Episcopus Dulmensis E. M. Strig. Canonicus. Panegyrim Ungaricam struxit R. D. Sem. Gen. Vice Praefectus Andreas Szabó; terminatis vero pridie vesperis orationem coram Universitate elixit Illus, ac Rdmus D. Comes Ignatius de Battyán Abbas Sancti Georgii Militis, et Martyris de Ják, SSae Theologiae in 1mum annum Auditor, Seminarii Generalis Cleri Regni Hungariae Alumnus.

Pari splendore Tutelarum suum S. Xaverium Facultas Philosophica celebravit: pridie festi latinam de eo Panegyrim elixit Illmus D. Franciscus L. B. de Réva Philosophiae in 1mum annum Auditor. Vesperas, et Sacrum cantavit Illmus, ac Rdmus Dnus Antonius e Comitibus de Réva, Consecratus Episcopus Millevitanus. Panegyrim Ungaricam adornavit ex Ordine Seraphico Concionator Festivus Cathedralis.

Academicos in diversas distributos classes anno hoc Universitas censuit 65 supra mille. Ex his 217 scholasticam Theologiam frequentarunt, praeter 30 Seculares, Ecclesiastici diversarum Dioecesium omnes. Octo e nostris primum quidem duos de Incarnatione, et actibus humanis tractatus, subinde Universam Theologiam propugnarunt. Ex externis duas itidem partes publice tuiti; et prima Theologiae laurea donati sunt 10: hos inter Commemorandus Rev. ac Perillis D. Martinus Pörgei, quod eruditionis suae testem, et approbatorem habere meruerit Celsum S. R. I. Principem Archi-Episcopum Strigoniensem, cui praesente toto Majorum Sacerdotum collegio dedicavit Cironii paratitla in 5 libros decretalium formis Trattnerianis Vindobonae nuper excusa. Universam Theologiam ex externis tuendam susceperunt 4. Praeter hos Illmus ac Rdssus Dnus Ignatius Comes de Battyán Abbas S. Georgii Militis, et Martyris de Iák Thlgiae in 1mum annum Auditor assertiones Polemicas coram Nobili, et frequentissimo Auditore n sine comuni omnium applausu palam propugnavit.

Physica numeravit 10 supra 100, quorum duo haustae ex Physica generali eruditionis specimen dedere; sub anni finem decem nostri, undecim externi Philosophiam Universam propugnarunt. Unus supra 30 Philosophiae Baccalaurei, duo ejusdem Magistri sunt renuntiati. Schola experimentalis inter emolumenta numerat facultatis Philosophicae sumptibus curatam Vienae Machinam Electricam, Microscopium, et trochum exhibendis colorum phaenomenis idoneum. Ad supellectilem librariam accessere Joannis Keillii institutiones ad veram physicam, Colini Mac-Laurin expositio Philosophiae Newtonianae, Clmi Sigorgne Introductio in Physicam Newtoni, Georgii Krafftii praelectiones Academicae in Physicam Newtoni, Jos. Rogerii Boscovich Psphiae Naturalis Theoria, ejusdem dissertationes variae universam prope Physicam complexae. Caroli Benvenuti Synopsis Psycae Pralis, Joan. Bap. Beccaria Eplae de Electricitate, Hermanni

Friderici Teichmeyeri institutiones Chemicæ, opera Phÿsica P. Ludovici Castel. Ex Phÿsicis unus ad Societatem nostram admissus est: tredecim Ecclesiasticum Statum, duo D. Francisci institutum sunt amplexi.

Logica 170 Auditoribus frequens fuit: duo ex his Illmi, complures vetusta Nobilitate conspicui. Terni ex Logica, quanta ē, totidem ex Metaphÿsica tentati magnam sibi industriæ et doctrinæ laudem apud omnes conciliarunt. Pari cum approbatione tres sub anni finem auditi sunt, dum ex anni totius prælectionibus luculentum profectus specimen dedêre. Octo Statum Ecclesiasticum elegerunt, prope totidem alijs D. Francisci Regula placuit.

Mathesi totidem, quot Logicæ strenuam operam navarunt: æstimare hanc tum inprimis licuit, cum terni Augusto Mense ex Algebra, Geometria, Trigonometria, utraq. Architectura tentamen publicum coram frequentissimo Auditore præclara cum sui cōmendatione subierunt.

Rhetorica discipulos numeravit 4, et 50, atq. hos inter tres Illmos. Ter cōmuni cum approbatione declamavit: primum cum Strigonium arcis Strigoniensis Ædificandæ spe solata est: tum Philoctetem in lemno desertum exhibuit: demum Cesso Strigoniensium Archi Præsuli sub finem Grandii in Triclinio Nostro coram Nobilissimo Spectatore applausit: declit etiam specimen ex Historia Ecclesiastica: duos Socti, 5 clero, totidem Ordini Seraphico transcripsit.

Poesim frequentarunt octo supra 40: e quibus Illmus unus; præter Academiam Geographicam ter n̄ sine laude in scenam prodiit. Suprema Grammaticæ classis præter Illmos 2, 70 Adolescentes literarum, virtutumq. studio excoluit: quos seu ex historia tentandos obijceret, seu sub anni finem, cum præmia benemeritis perpetua Gpis Pauli Eszterházi munificentia distribuerentur, in theatrum educeret, meritam semper laudem retulit. Materia Drammatis fuit Meteus Teumani filius Rex Hunnorum.

Media Grammaticæ classis præcepta exceperunt 68, inter quos Illmi duo. Tentamen historicum magnæ illis gloriæ es sit: nec minori cum approbatione auditi sunt, cum Chalarijsim ammissos duos natos præter spem recipientem in scenam dederunt.

Infimam Grammaticæ classem adibant discipuli 57: placuerunt, seu ad quæsita historica responderent, seu Octavium Cæsarem

De Antonio victorem in Theatro Spectandum darent.
Elementarij censuit. Alumnos 190, ab hos inter & Illmo Gotof
Sanpine. Academiam historicam ñ Sine multa gratia prodiè
Lit: pro materia Dramatis elegit Belam IV Regem Ungarie ab
exilio ex Insulis marij Adriatici revocatum.

Ipsi accessiones

Ecclesia Sacra ex attritas usu vestes Sacras pristino, qua
licuit Splendori restitutas in accessionibus numerat Ciboria
duo argentea a magnitudine, forma Elegantia, laborisq; nito
re multum omnibus laudata. Soluti Sunt pro iis Artifici Vi
ennensi floreni 600. Curata Sunt adhuc pro Secularibus
Sacristæ Sociis pallia duo argenteis fimbriis conspicua. De
mum missalia 12 pretio florenorum 87 comparata. Quæ omnia
indefessâ Sollicitudini, ac providentia Patris sui Præfecti Eccle
sia in acceptis refert.

Convictus Regius

Regius Archi-Episcopalis Nobilium convictus censuit anno hoc
Iuvenes novem supra 40: quos inter 7 Illmo loco nati, toti
clem ad mensam Imam are sus, 2 ad secundam, reliqui ex
annuo Fundationis censu victu, et amictu liberaliter habiti
Sunt. Sex Sociorum opera S. Convictus Regens in moderanda
hac, et bonis moribus, ac literij informanda Juventute adjuva
batur. quorum terni juventuti in totidem Stationes divisa in
tendebant: tres alios privatam herulis operam impendebant.
Communi Studio Majorum voluntate in eo elaboratum est cum
primis, ut ea in domum hanc inocheretur morum, et artium
Cultura, quo Nobilium animi ad maximam fortunam para
ti consuescerent. Respondit conatui huic ardor Juvenum qui
sive in morum, sive liberarum, caterarumq; nobilium artium
disciplina omnibus animis amplectenda parem animi ala
critatem præstiterunt: neq; artium disciplinarum multitudo,
ac varietas laudi, quam superioribus annis a literis sibi com
parârunt, detraxit aliquid. Philosophi certe et in publica luce
conspecti Sunt quam sapientissime, et in ea ita versati, ut lau
dem, et approbationem ñ vulgaris doctrina ab omnibus rete
lerint semper. Ex Physicis institutionibus publice experi
mentum dedit unus, qui subinde universam Philosophiam la
tos inter omnium applausus propugnavit. Tres ex Metaphy
sica, unus ex Matheri publice in Schola tentati Sunt. Sex
domi ex omnibus Scholasticis, et domesticis prælectionibus
Sub anni exitum præsentibus Illmis, ac Reffis Auditoribus
locata per annum opera Specimen ediderunt, ea Sui, et

Institutionis commendatione, ut eandem omnibus expetendam fecerint. In Classificatione ultima principem sibi locum vendicavit ex Convictu unus, reliquis, si tres ex novem demas, Classem primam Occupantibus. Non minor fuit fervor in iis, qui politioribus literis navarunt operam. Comites Erdödij haustam privata institutione doctrinam ex Oratoriis, Geographicis, historicis, et Arithmeticis praeceptionibus Solemni domi experimento in Corona nobilissima magna cum praesentis, tum futurae Spei apud Auditores expectatione relicta fecerunt palam. Caeteri praeterquam quod in publicis Scholarum exercitationibus palmam reliquis praeripuerint, in ultima certe concertatione illatis in domum 38 praemiis raro Superiorum annorum exemplo laudem Cumularunt. Felices in primis Calendas Majas hoc anno sibi illuxisse domus hac inde gratulari potest, quod his hospitem habere meruerit Celsum Principem Archi Eppum Strigoniensem Protectorem domus hujus longe Studiosissimum. Subeuntem hunc limen effusa ad Januam tota Juventus Nobilis cum veneratione excepit; tum in Cubiculo P. Regentis concepta adventu ejus Sua gaudia et Spes per Oratores quadruplici idiomate explicuit. Non displicuisse sibi hoc pietatis genus, et observantiae, vultu arridente, et blanda Oratorum compellatione testatus est. Inde totam obiens domum conclavia Singula lustravit, atque collaudato cum primis nitore domus, cultuque Juvenum, expectationi Suae factum Satis, discedens multa cum Sua in domum hanc benevolentiae testificatione non obscure significavit.

Elogia Defunctorum P. Joan. Passár

Prima, ac vigesima Januarii die ad capessenda meritorum, ut Speramus, praemia evocatus est Pater Joan. Passár tabe hectica pene ad extrema deductus. Primam is lucem Cassoviae aspexit, ubi auditis Psphorum placitis anno 1747 in Societatem adscitus, Tyronibus nostris adlectus est Trenchinii. Humanioribus literis juventutem illic primum Coepit excolere, ubi Tyrocinii biennium cum laude exegit, inde Schemnizium ad eandem operam traductus Cassoviensi demum Universitati est redditus. Theologicas hic disciplinas ea ingenii felicitate condidicit, ut iis palam cum plausu propugnatis, hoc ipso anno quartum fuisset votum nuncupaturus, nisi praematura mors illum nobis eripuisset. Agriae tertium probatus Claudiopoli smum Pramatices, subinde Rhetorices praecepta biennio explanavit: inde ad nos, ut in ArchiEpli Nobilium convictu Philosophis praeesset, translatus in ipso conatu Coepit Sensim viribus destitui, adeo, ut Valetudinis Causa ad Collegium ei migrandum fuerit. Brevi, quo nobiscum versatus est, tempore magna nobis praebuit exempla virtutum: animi quidem Constantia, quam morbus debilitare alioqui Solet, tanta fuit, ut queri nunquam Sit auditus. Christianam ejus Charitatem omnes

Iai prædicant, qui cum eo vixere. Erat autem in eo virtus illa tam Conspicua, ut quamquam comitate plurimum condiretur, eam tamen omnes ii metuerent, a quibus alienæ existimationi ñ opti me consultum animadvertit. Sed ea enituit tum maxime, cum ægris magno numero militum tyronibus promptam ad omne auxili um operam Agriæ cupidissime impenderet. Obsequendi alacritatem ñ ad Superiorum tantum nutus, verum ad medicorum etiam imperia demisit. Spiritu vero ita fervebat, ut cum gressum extremis die bus, quibus vitæ finis in propinquo erat, absq; cruciatu affecti pecto ris figere vix posset; neq; ab invisendo adorationis causa templo desisteret: neq; adduci posset, ne eo æger adreperet, ubi renovandis no strorum animis meditationum Summa Capita proponebantur. Mo destiam animi, atq; oris eam per omnem vitæ partem retinuit, quam in Tyrocinio adscivit. Præclarum hoc in illo virtutum studium, cona tumq; quo religiosam perfectionem ad Supremum usq; halitum con sectatus est, amplius etiam prodiderunt Chartulæ ab ejusdem abitu magno numero repertæ, plenæ Sacris desideriis, propositis, et vitæ Sanctæ incitamentis. Id enim familiare habuit, dum vixit, Divi nas, quæ illapsæ in animum sunt, illustrationes in Chartas referre, ut sæpius lectæ sæpius voluntatem inflam̄arent. Parata habebat pro omni Casu Sancta quædam axiomata, ad quæ Converso animo vitam e principiis vere Christianis, et Religiosis ducebat. Certo singulis men sibus die studiosius animum colligere solitus, hoc ex se præcipue quærebat: num ultra in perfectione sit progressus. Quæ quidem omnia satis declarant, quam ñ imparato Suprema hora advenerit. Ipse cer te accersiri ad se sacerdotem rogavit, a quo ad extremum illud iter com paratus spei, et fiduciæ plenus placidissime exspiravit.

Elogium P. Andreæ Handler

Alter, quem dies Aprilis extremus magno Collegii universi moe rore et medio ætatis, et laborum Cursu nobis eripuit, fuit P. Andreas Handler. Susceptus is in lucem fuerat in Sopronien si Provincia Nagy Martonij anno 1726 22 octobris, in Societa tis autem Tyrocinium 1743 17 octobris. Nuncupatis Viennæ votis, et repetitis Lesbii humanioribus literis infimam Pram̄ati ces Classem primum Sopronii, deinde absoluto Vienna Philoso phiæ triennio eandem Posonii edocuit, anno sequente media Pram matices Clasti eadem in Urbe docendæ admotus. Postquam ex planas set Poesim Claudiopoli, inchoatum Cassoviæ Theologiæ quadriennium Tyrnaviæ absolvit, ejusdemq; positiones magno plausu propugnavit. Pinsii anno in Syntaxi tradenda, exacto tertium Agriæ probatus labores Apostolicos magno animi

Fervore ea cursus coepit jam verbum Dei per oppida, et villas circumferre, cum ex hoc Campo referre pedem, et Szakolcza Praesis literis nostros instituere jussus est. Illic opera biennio magno cum discipulorum emolumento collocata Candidatis Theologiae, et nostris repetentibus ejus linqua praecepta apud nos exposuit. quo in munere ejus industria sue cesse perspicue probata est. Adjectum huic muneri Exhortatoris Academici officium in minore facundia, quam fervore animi sustinuit, dicendi genus clarum, et revincendis etiam reluctantibus animis magnopere idoneum consecutus. Virtutem Patris Andreae, atq; eloctinam quarum, quo te anno Superiore Pontifici obtulit, volum demonstrat. In eo quidem omnis ejus cura versata est, collectis elici partibus etiam minimis, quo te ad omnia Societatis munia quam maxime idoneum efficeret; Certe Mathematicis Scientiis adeo te dedidit, ut suo ingenio, comitibus labore, induxtriaq; privatos intra parietes earum arcana mira felicitate penetrarit. Animus autem ejus in virtutem vehementer intentus tum prater cetera patuit, cum esset aliquis de Divina gloria, aut proximorum Utilitate promovenda sermo inductus; tum enimvero ejus et verba ardebant, et vultus. Cultui Numinis Eucharistici unice addictus primos intra anno toto mane ad Chorum accurrere solitus est: quo etiam in loco de genibus Corollam Marianam electibus fere singulis persolvebat. Ut obedientia sta ret integra, eos, cum quibus versabatur, hortatus est: ut ne modo locum in Societate nullum aut petierent, aut recusarent, verum in rebus etiam aliis voluntati Superiorum regendos se darent. Quod lege verbo, id suo quoq; exemplo tum alias, tum paucis ante mortem diebus docuit: nam cum vix morbi sui ne sentiret (erat autem Catarrhus lente in Pangranam desiens) et propterea malles extra lectulum commutationem valetudinis operiri; quam primum jussus est, se ne tantum ad lectulum recepit, verum ad morientium etiam Sacramenta Suscipienda alacri animo Comparavit: quibus e more Ecclesia communitus perseverante in eo serena mentis tranquillitate in Congregantium nostrorum corona sub horam matutinam octavam ad laborum praemia evolavit.

BIBLIOTH. REG. SCIENT. UNIVERSIT. HUNGARICAE

Historia Collegii Tyrnauiensis ad Annum 1763.

Numerus Personarum.

Domicilium hoc, quod religiosis Hungariæ Collegijs et Domo, et omnium bonarum artium disciplinis præstat, anno, quem scribimus, centum quadraginta sex Socios numerauit. Hos inter sacerdotali dignitate eminebant quinquaginta quinq; Undesexaginta juuentutis, diuersisque scientijs animum excolebant: religiosi duo et viginti rei familiaris curarunt. Omnes principes studium, curamq; in eo posuerunt, ut secundum suam altioris cujusq; saluti proficiant, nominisq; Diuini cultum quam latissime promouendant.

Administrati Sacramentorum.

Nam ut sese ceteris, qua exercemus, operibus fidelium pro sacro tribunali expiatio, et religiosus ad agni Coelestis epulas accessus fructu, progressq; sanctitate antecellunt, ita eorundem usus qua felicitate traditus, commendatusq; sit, non minori in his administrandis nostrorum diligentia, quam in excipiendis populi multo frequentissimi fauor effecit. Postquam enim sacrosancta in vita naculas confessione absoluissent, Coelesti pane refecti sunt quinquaginta tria millia, præter alia undeviginti millia, ac trecentos eorum, a quibus ad aras Majoribus Festis celebratis est.

Concionis.

Porro sicut ad augendam, alendamque in populo pietatem Verbi Diuini præcones e numeris sui ratione opera plurima conferunt, ita ejs dem singularem, ad quos e sacris dictionibus maximi fructus redire quotidiam habent. Ad quadruplicem enim Concionem, latinam scilicet, Hungaricam, Germanicam, Slauicamq; tum ecclesiasticis modo, omnibusq; diebus Festis, ut audiunt juxta ac pectora animos pariter lætantes, flectentq; ab omnibus laudem, et admirationem merentur. Atque hanc tantæ Nostrorum Eloquentiam ceteræ quoque nostræ, ubi ea crescit, cupide ambiunt, ac etiam impetrarunt. Orator Hungaricus, qui in principe Urbis Ecclesia quot Dominicis vel Festis, apud PP. primum Paulinos D. Pauli tum Diuæ Claræ apud ejusdem Sanctimoniales munere omnibus absolutam fungit: Salijs denique post terminatam Supplicationem Theologicam de Augustissimo Eucharistiæ mysterio ita disserit, ut oratione sua studiorum animos non flexisse modo, verum etiam inuitasse videretur. Alter qui singulis pariter Dominicis, quibusque Festis eadem in Ecclesia ad Germanos dicit, temporis etiam honoribus orationes adornauit. Primam quidem, dum Clerus, populusque pro inita nuper pace solennes Deo referunt gratias: alteram, dum per quadraginta horas deorticare, Cives ad auertendum precibus terrorumq; flagellum excitauit: Postremam demique sacris Tubicinibus Angelis Die, quo orga eodem summam Congregationis Germanicæ religionem inflammauit. Qui Slauicum denique populum ad Divi Michaelis instituit non Cives solum, sed omnem late vicinam paulo ante dicendi facultate attrahit temporis: multos melioris ad frugem a scelestis auocauit; plurimos pro ea, qua pollet eloquentia, demum persuasit, ut annosa animi sui vulnera sacris medicis aperirent, et salubre remedium, quod tam diu miseri reformidarant, aliquando admittarent. Quinquies sternas etiam cyathos adjt, quinquies disertæ Oratoris laudem, fructumque reportauit.

Conuersatio Nostrorum.

Neque hic professo Nominis gloriæ ardor intra Sacrorum dictionum limites constitit, ut postquam universis confulsissent in e pulpito, singulos negligerent. Immensus eium, quo in Deum ferebantur, amor in eorum animis adversus homines charitatem accendebat, qui neque cessare unquam illos, nec defatigari patiebatur. Non ergastulo, non pauperum casæ, non Ægroti aut morientes nostrum desiderarunt officium. Quoties autem inter conjuges violati thori rei, vel infractæ jurata fides constituta? quot familiarum, sanguinesque junctorum facta dissensiones! et exhinc? quanto labore versus mutuam Veneremur, literisque a maribus vetita? noxia superstitiones funditus sublatæ? peccandi occasiones elisæ? singillatim persequi fidelem, exitum profecto non reperiret oratio. Et unus dixisse sufficiat; privatis Patrum colloquijs, precipuisque ad statum omnem utilissimam adhibitam esse, ut ijsdem secundum superos felicitatem alij, alij salutem quoque æternam referant.

Hæreticorum seductio.

Atque hic primum ijs, qui licet orthodoxo sentirent, Jesus tamen, quam orthodoxos decet, vixerunt, impensus labor; mox ad illos etiam, qui a vera religione alieni hic loci agebant vitam, se porrexit. Constat enim longiore tempore hac in urbe commoratam esse neminem, quem a pravis opinionibus abductu ad religionem Catholicam nostrorum industria non revocarint. E principe Saxoniæ tribus urbes profecta mulier, forte, aut, rectius ut dicam, arcano Dei consilio Tyrnavio paulum restitit. Civis, apud quem, dum facto itineris labore vires recrearet, degebat interim, è nostris quempiam sine mora ædictum, ad se, ut iniqueret, postulavit. Vale id genus sexûs alioquin imminens, eadem die domum abijt, et appositâ oratione mulieris animum simul pertentare cœpit, simul, quo volebat, impulit, perduxitque. Nec enim post multum temporis, fidei mysteriis abunde per nostrum institutum, palam errores, eorumque artificem Lutherum ejurarit. Pari illius fuit conditio, ac felicitas, qui postea meretricem opes, quam cuidam civium prostabat, illud quoque pronus relict, ut hæresi Lutheranorum abjecta, tandemum Ecclesiæ jugo cervicem submitteret. Sed his tamen Anabaptista s: Henrico Pulman nomen est: / cui inter pridianos memoriam meretur, qui Excelsi Posoniensis Consilij jussu ad hoc Collegium Lauretino transflatus cum integrum prope biennium nostrorum lustrasset opera, hoc demum anno victas vanitati manus dedit, fidemque VIII Kal. April. coram Rectore Dño Michaele Ostolichanij ex Ecclesiæ formula professus, nec multo post sacro etiam oleo, quo animi vires ad arcana certamina muniuntur salubres est. Etiamnum in omnibus, quæ sacris Divini cultus postulat, perseverat, et nostrum claritatem, quam a suis nequiquam expectabat, gratus ubique prædicat.

Doctrina Christiana.

Prima Orthodoxæ fidei elementa triplici intra urbem idiomate, Hungarico nempe in nostra, Slavonico in S. Michaelij, ubi est in arcibus urbi propijs, Germanico denique in Ecclesia Cathedrali maximo omnis, sexusque concursu, et fructu omnium plissimo explanata sunt. Juventus Teutonica proletquam quod tutelarem suorum festa Superiorum annorum instituto splendida celebravit, sacrum etiam Angelico Patri bium proinque, novasque religioni obtinuit. Sodie in sacro tribunali expiati omnes, ipso autem festo festos inter concentus nostrorum ingressi templum. Divino peracto sacrificio, ac peracta ac Divina in Academicum educti forum, copijs sanctæ manus facilis, loti domum sese recepere.

Cultus Judæi gehd Nostrorum

Quod profecto in Deum, nostrosque Indigetes religioni fervit, paternum sum nihil. Sacri Eisdem dies augusto apparatu, summoque populi undique confluentis ferore acti sunt. Festum D. Parenti lucem dum facultas Theologica splendore maximo, reliqui vero, qui eundem aut alias celebrarent, aut optabant sibi propitium, summa pietate celebravit, Pontificem ad aras egit Illustrissimus ac Reverendissimus Dnus Stephanus Nicolaus Faklin de Elephant Electus Episcopus Almissiensis, et Ecclesiæ Metropolitanæ Strigoniensis Canonicus. Vespertino officio pridie terminato coram Senatu Academico per Illustris ac Rdus Dnus Skarjaffzoffki è Seminario S. Stephani Regis Ungariæ profecti. Magnus Indianum Apostolus, cujus laudes coram Academicis recensuit Illustrissimus Comes Ladislaus Erdödi, sacris solemnitèr operatum habuit Illustrissimus ac Reverendissimus Dnus Comitem Sigismundum Keglevich Præpositum olimorem, et Strigoniensem Canonicum. Multi hanc per continuas decem feriæ, Aloysij autem proculta in Dominicas devotione non modo juventus Scholastica, sed omnis etiam conditionis hominum pars multo maxima venerata est. nec frustra.

Reliquos enim ut profecam, qui redditam animo pacem, et profectum suis in negotijs opem Aloysij experti sunt, hodiedum profecto eidem refert gratias, qui morbo primùm calido, succedente mox febri ad extrema deductus, famam ejusdem a Nosbro sibi porrectam sumpsit simul, et convaluit. D. Franciscus Borgias cujus antea cultus præsinque clientum definiebatur numero, communi totius Civitatis religione hoc demum anno coli cœpit. Repetitis terræ motibus, et vicinis Comaronicensium malis nimis quam exterriti erant cives. Eam ob rem Senatus, cujus aliquin est videre, ne Respublica quid detrimenti capiat, curas, cum humana deesse videret præsidia, ad Superum opem confugiendum sciebat quidem, quem tamen è cœlibus deligeret, cujus propinqui tutelæ se, suosque cives commendaret, quærebat. Ita in commune omnes cum consulerent, Patronum denique legerunt Borgiam, novemque dies ejus honori conferendos vovernt. Et vero ardentis suæ pietatis, ac fiducie tutele præmium. Vivus enim a calamitate, quam Deus minabatur, incolumes integrosque ita servavit, ut eundem universa urbs suum velut servatorem custodemque etiam nunc agnoscat, ac veneretur.

Ecclesiæ Templi.

Ne verò dum Indigetum nostrorum dies argento, veste, omni apparatu, ornatuque vigendo agerentur, cœteris minus solemnibus quidpiam decesset, vetustis sacro Liturgio libris novi undecim substituti sunt; et vestes totidem ex alba, rubraque damascena materia, rem divinam facientium quotidiano usui servituræ, adjecte. Matris quoque Dolorosæ Imagini Conopeum, e vio. lacei colonis holoserico, divitibus auro fimbrijs probe elegantem, munificentia cujusdam nostri Sacerdotis obtigit.

Congregationes. Terna studiosorum, totidemque civium Sodalitia suorum permorunt pietatem. Illud sane nationis Ungaricæ, quod a S. cui nomen acceptum, ut virtutem Sodalium vel alceret, vel augeret, libellum per quam utilem auperexcusum in eosdem distribuit. Qua quidem ratione eorum non modo inservivit commodis, sed iam liberalitatem provocavit. Capsam enim argenteam, quæ duas et viginti appendit uncias, includendo SS. cruci Patriarchæ Lex. viteram beneficia cujusdam manus obtulit. Permansi et in frequentandis cœtibus diligentiores, et celebrandis Sodalitatis sua festis superiores annos aut æquarunt, aut superarunt. At horum profecto, quamvis ad multa a vetustate vindicanda vis non mediocris pecunia utiliter impensa sit, certum tamen ac quinquaginta floreis orium, suppelex vero aucta est labaro, quod Sodalibus pacis quadringentis curatum Reverendissimi Domini Michaelis Oskoliensis Strigoniensis Canonici, hujusque cœtus Rectoris, et summa pietatem, et munificentiam memorabilem testatur. Cœtus denique Patienti Servatori devotus princeps suum festum quamvis apparatu maximo, frequentia tamen ac religione multo majore celebravit. Quartus enim Sodalium numerus eo die sub signa confluxerit, illud argumento esse potest, quod eorum trecenti, qui cœlesti mensæ accubuerunt, duodecim omnino

millia superarint. Ad hanc multitudinem, quam nempe templum capere potuit, ipse P. Praefes ita dixit, ut vota Auditorum absolverint. Quadringenti nonaginta duobus, qui anni unius intervallo hanc cum immortali vita commutarunt, alij quinque supra mille sunxerunt. Sacro supellectili sacerdotalis ornatus per quam elegans haerentium omnino flagrandi incendio anno horitenum auctum.

Suprema Scholastica Juventutis sodalitas eos complexa est, qui majorum suorum pietatem strenue amulati magna posteris exempla reliquerunt. Et his non nemo fuit, quem eo animi fervor abstulit, ut lectum pelliceus tegulas cervicalis loco reponeret, et injectis calceo sepulcris dura saxa lustraret. Fuit alius, qui injectis in lectum silicibus, et acuto prunetis cingulo multos integrosque noctes transigebat. Alius etiam, qui septem psalmos, quos poenitentiales dicimus, ita decurrebat, ut post singulos triginta omnino ictus flagello sibi infligeret. Oratio suprema Reverendissimi Dni Stolnar Canonici Strigoniensis voluntate. Quinquaginta florenos illati sunt. Coetum quod Sodalitas hoc maximo in lucro numerat, illud est, quod anno hoc Rectorem nacta Ill Celsissimum S. R. I. Principem Franciscum è Comitibus Barkoczi Strigoniensem Archi-Episcopum, et Primatem Hungariae, à quo epistolam, monitis ad excitandam fovendamque pietatem opportunis plenissimam se accepisse gratulantur Sodales.

Medius panter, infimusque tenerioris otatis cohus, nihil a priorum temporum splendore, et pietate recessit. Fuere ex his quoque plurimi, qui nuda saepe humo, eos proprimis noctes, quo magno Matris proficerent diem, exigerent, aut in precibus collocarent: qui altiorem producisque jejuniis carnem edomarent: qui appetitus omnes foedarent ita, rationi nusquam ut obtemperent.

Ardorem hunc, quem oberat esse necesse est, pro virili parte fovere Divi Parentis Praefides, Divi autem Parentis commentationes alius provexerunt. His Exercitia. enim tribus, quo Ecclesia Divini Spiritus adventu recolit, tota Juventus Academica fruitur longe amplissimo exulta est. Idem à P. Comitato re Germanico D. Ursulo sociatus impensus labor. Et quanta longo usu mortalium experientiaque compertum est, re nulla atque aut vitijs deditos a consuetudine peccandi abduci, aut malam artium insolentes animos in officio contineri, Celsissimus Hungariae Primas, ut Sanctos et Ecclesiae filios, et civibus sibi subditis educaret Pastores, omnes ad Cleri adlectos sacris hisce commentationibus integrum omnino mensem piis, quam vitatis clero vestibus indueret, per unum aliquem è Patribus nostra exteri voluit. Igitur a P. Provincia Praefide quaesitum, qui tanto fructui esset muneri postulavit, et obtinuit. Sanctus huic instituto Octobri mense factum est initium. Ut vero omnia, quae cogitata simul caderent à sententia, Veteranos omnes ad Seminarium Generale transtulit, Tyrones in Seminario S. Stephani collocavit. Sacerdoti nostro, qui praefuturus est Tyronibus, idem cui his assignatum

domicilium, ubi cum Alsano, qui Domui illam administrat, incolitque eadem mensa utitur, atque è penu Seminarij plene vestitur. Neque interim, dum à reliquis Sodalis nostro vocati muneris esse otiosum licet. Illius enim munus est, Tyronibus sibi confitentibus commodare aures, et eosdem, quemadmodum apud nos moris est utroque Semestri triduanis meditationibus perpolire. Ad hoc et cum singulis vel ad se accitis, vel ultro venientibus ijs de rebus agere, quæ ad veram sanctitatem conducunt, et palam omnes bis quot mensibus ad virtutem exhortari; ea, quæ in hoc studio horrori esse solent, dicendo levire; quæ impedimento, detegere, et submovere; quæ adjumento sup. peditare.

Scholæ Athenæ. Athenæum hoc toto Regno celeberrimum, ad quod veluti omnium doctrinarum sedem Juventus frequens, nobilisque concurrit, auditores septem supra mille numerarunt. Pene ut nascendi conditio ex his plerosque discerint, ita omnes discendi ardor aut similes fecit, aut æquales. Omnes enim ad veram germanamque gloriam una virtutis, eruditionisque via nitebantur. Primum facultatum Theologia prope quadraginta nostros, externos quoque sex et triginta supra centum complexa, e nostris septem, e Clero autem decem et octo in Theatrum evexit. Ex his deni partem solum, reliqui autem octo universam Theologiam summa totius Universitatis, itaque gloria propugnarunt. Hos inter Perillustris ac Rev.mus Dnus Martinus Alojsius Dorgei præcipuam sui memoriam reliquit, qui positiones suas Celsissimo Nomini S. R. I. Principis Primatis Ungariæ, et Archi-Episcopi Strigoniensis inscripsit. Duæ enim duo, quorum alter cum ex Historia Ecclesiastica, alter è Controversijs sibi quæstionibus Scientiâ sui specimen probarent, laudem maximam, gloriamque absumserunt.

Institutiones Physicas excepere centum eo cum fructu, ut earum plerumque sive naturæ abolita penitioris Algebræ, ac Geometriæ ope sententia, eliciendaque, seu de ijs, quæ ad certam discernendi rationem propius pertinent, disceptandum foret, eos sese probarint, ut in alterutro tantum opeam posuisse videantur. Ad conclusiones Mensuras hac in schola ausfere tentamina, e quibus alterum ex ea solum parte, qua de corpore, ejus natura, ac principijs universè disserit, martio ineunte prodiutum Clarissimo è Soda S.R.V. P. Rogerio Josepho Boscovich qui forte id temporis Vienna procurrens ad nos invisit, ita probatum est, ut prælaros Adolescentis progressus et coram, et apud Principes in utraque Ea Publica viros minis omnino laudibus celebraret. Tentamen alterum mense Augusto e Physica quanta est, pari cum laude habitum. Multa in eo experimenta feliciter exhibita, plane explicata. Exeunte anno Universæ Philosophiæ Sedæ Nostri octo, externi vero decem propugnarunt.

Teoni seu claritudo generis, seu in dissolvendis, quæ proponebantur, alacritas ingeniumque spectetur, te Mecœnatibus, quorum Nomini, dexterrimos biennio labores, et superiorum illud hausto doctrinæ specimen inscripsere, probatæ dignissimos. Fuit ex his Illustrissimus ac Rdus Dominus Gregorius de Schmidth, qui assertiones suas partis primæ Episcopum dignissimum opera, studioque Patrui sui R. D. Nicolai Schmidth nuper editas, insertas dicavit Illmo ac Rdmo Dño Francisco Comiti Barckoth, Celsissimi Primatis in Spiritualibus Vicario Generali. Alter Illustrissimus ac Reverendus Dnus Franciscus Török de Balaton Fő-Kajor duos Nicolai Olahi libros nunc primum Viennæ conjunctim editos, et in Nobilem, eruditumque Auditorem distributos, Honoribus Excellmi ac Illustrissimi Dni Georgij Comitis Fekete de Galantha per Regnum Hungariæ Aulæ Vice-Cancellarijt sacros voluit. Sub anni finem Collegiati cum Patrum amplexi sunt Septem, complures in Monasteria diversorum Ordinum se se recepere. Unus Nostrorum numero est ademptus.

Logica cepit centum et septuaginta discipulos, quos inter quini Illustrissimo sanguine oriundi erant. Tentamina bina producta sunt: Unum ex Logica, unum item ex Metaphysica, postremo è totius anni prælectionibus. Singularem in his laudem Illustrissimi Comites Ladislaus et Ludovicus Erdödi tulerant. Schola hæc undenos Clero, diversis Religionibus quinos transcripsit.

Humaniora Schola.

Generosem statem in sex classes distributam Moderatores totidem ejus artibus, quo ab humanitate nomen augurant, imbuerunt ita, ut ij quoque, qui alienum a nobis gerunt animum, exinde magnam sibi deberi laudem, et facile agnoscerent, et palam prædicarent. Sibi singulo, quos in historia studio haberent progressus, dedere specimen. Qui Supremo Humanitatis Classi dabant operam, ex ijs omnibus, quæ in Hungaria Chorographia, Hydrographia, et Chronologia præcipua sunt, quæque ad ejus Regni Conditores, Principes, atque ad Claros in eo familijs pertinent, cum Summa omnium, qui præsentes aderant, admiratione responderunt. Studio autem Classis Juventutis, cum de Imperij Romani statu a quarto ad nonum usque sæculum; de eorundem progressuque eorum in Imperio Religionis Catholicæ; nec non è notitia originum, Regnorum, variorumque dominatuum quæstiones dissolverat, diversosque titus, atque institutis, habita etiam Chronologiæ ratione, recensebat, frequens, et eruditus auditor applaudebat. Utrique id peculiare fuit, quod tentaminis sui materiam una cum eorum, qui illud subiere, nominibus expressam typis in ædibus distribuerint, ut prælati Canahy fama latius spargeretur.

+

Prætr consuetas Rhetorum et Poetarum declamationes, in quibus et Magistrorum insignis industria, eruditioque, et minus discipulorum conatus eluxit, cæteroque classes magnum è Theatro plausum abstulerunt. Elementaris Venantium Martyrem; Infima Assaradonem in Scenam dedit. Media Edvardum Anglum solicita Patris cura correctum Nobili, frequentissimoque Spectatori proposuit. Illustratum erat dramma, et eleganti morum imitatione, et styli facta venustate. Syntaxis sub anni finem, cum perpetua munificentia Celsissimi S. R. I. Principis Pauli Esterhazi de Galantha Regni Ungariæ quondam Proregis præmia tribuerentur victoribus, Alexandrum in Bonum clementem exhibuit. Auditor et Illustris admodum, et confertus tum Spectaculorum varietati, tum cæteris actionis totius ornamentis plausu dedit.

Res Oeconomicæ.

Quod res Oeconomica anno hoc non solum steterit, sed incrementum etiam sumpserit. Sellijæ (quod oppidum juri nostro obnoxium est) ædificiorum, quæ superioribus aliquot annis neglecta, aut squalebant, aut ruinam minabantur, instauratio a domo Dei duxit initium. In hac enim, ubi stratum quadrato lapide pavimentum, et calce pars murorum interior probe induta foret, ne ad nitorem deesset quidpiam, affabre ellaborata subsellia illata sunt, et Divi Isidori imago, solatio incitamentoque ad virtutem futura omnibus, qui ruri desudant, opportuno loco suspensa. Ad locum, in quo Vita functorum corpora terræ mandantur, qua patet aditus, Porta clatris colore tinctis superba visitur. Hujus ipso in vestibulo DEI Matri statua, ad quam diebus festis populus frequens confluit, Divæque laudes pio cantu persolvit, consecrata est.

Hæc ubi DEO bonorum fonti, illisque, quos ditioni nostræ subjectos, obnoxiosque numeramus, impensa sunt, ijs deinceps, quæ rei domesticæ non mediocre incrementum adferent, admotæ manus. Selijæ prætr complura Nostris in ædibus camerata cubicula, portamque Magnificam ipso in aditu positam, diversorium quoque ita instauratum, omnibusque rebus instructum est, ut in eo neque elegantiam, neque lautitiam, qua accipi debent hospites, ullus desideret. Domus ad hæc illius usibus, qui rem familiarem id loci administrat, servitura, et horreum triginta Orgearum longum, et latum surrexit. Opus sane præterquam quod elegans, etiam utile: in quo id quoque peculiare, quod binis in locis granarij vices obeat. Hæc omnia, si et operæ, et materia reducantur in calculum, quinque millia florenorum absumpserunt.

His adnumeranda est in Albano domus linneis vestibus commodius abluendis deserviens, cellaque vinaria extra ædificij totius ambitum posita, et allatis Vienna lignis, ferroque, ad vasa, circulosque parandos necessarijs plenè instructa. Utrumque hoc opus, quemadmodum

utilissimum; ita perenne sapientissimi auctoris sui monumentum et pa-
rentes agnoscunt, et posteri, quorum commodis consultum esse maxime, ce-
lebrabunt. Hic quoque una Rhenensium nummum millia collegium
exposuit, consuluque, neque quam esse perendum sumptibus, ubi res decore
nicis non mediocrem, certamque auctionem habituros providebur. Visa,
et agri cum Sellijs tum alibi parente cedo et labori et vobis respondere.
At Vinas tam pare multum affuderent, ut vix terciam partem in le
sumptuum reddiderint.

Conviches Regio, Archi Epis.

Regius atque Archi-Episcopalis Conviches, in quem prodigus Hunga
rice Juventutis flos et illustrissima, antaque Nobilitate Collectus, atque
adeo patria totius Ires, dignitatesque confluxit, Alumnos consuit sexagin
ta quinque, quos novem Jovij (: tot enim nostros ea domus alunt :) disci
plinis omnibus, quibus Nobilium animi propriis excoli, atque ad amplis
simam utaque in Republica fortunam parari solent, ea industria, felicita
teque erudierent, ut domum hanc Patrio Seminarium, qui viderit feli
citatis principium, regni primos intelligant. Neque enim nescient, feli
cem esse Rempublicam, quo et sapientia, et probitate insignes quamplu
rimos haberet cives. Et sane adsunt hic omnia, quæ felicitatem hanc
promeant. Adsunt illarum, quas multo maxima, cultoque Europæ pes
toquitur, præceptores linguarum: adsunt Mathematicarum, manuductionem
que artium Soleres juxta, ac periti doctores: adsunt (: neque enim hos
potuere fas est :) Saltus, musicæque Magistri: quibus dum Juventus om
nis detet operam, ut recte ordineque cuncta fierent, modus, tempusque
descriptum est. Quo factum, ut, licet in omnibus, quæ illic traduntur,
expectationi magnorum respondeant Juvenes, in ijs tamen, quo et reipub.
licæ maxime profutura, et vere sapientiæ propiora sunt, excellerent.
Constanter enim principem in Scholis locum, vel certe primo proximum
tenuerunt. Qui severioribus disciplinis excolebant ingenia, plura
rum in Aula Academica, tum domesticos inter parietes, scientiæ
sua edidere specimina, quæ mirus omnium plausus consecutus est.
Ceteri, qui ingenuas colebant artes, eam prorsus gloriam, quam ra
ra ingenij indoles cum præclara animi contentione conjuncta col
ligere solet, sibi, Moderatoribusque suis præstarunt. Postquam enim
quod in statis Scholarum Declamationibus loco principes ij quod ex
teris nominarentur, sub anni quoque Scholastici finem sese ita
gessissent, ut tria supra quadraginta præmia reportarint. Atque
hos dum in literis, moribusque Polycenis prorsus nemo non
coluit, uti plures educationis hujus redderentur participes, multi
rum excitata sunt studia, animusque de Nobili Juventute ben
merendi multis injectus. Princeps certe Sodalitas, ad Archi Confala
nitates

Sancti Stephani sic dicta instituta, deprompta suo ex Aerario pecuniâ novis quatuor Alumnis, pari cum cæteris victu, cultuque deinceps usuris, addixit. Ad hanc domesticam liberalitatem accessit cumulus, dum Augusta Domina, Materque Nostra sua adjecit beneficia. Hujus enim mandato non solum quingenti florenii de Parochorum aerario numerati obvenere Convictui, sed idem etiam quingentorum Rhenensium penso, quod de summa Pisetali quot annis obtingere solita, ad dissolvenda quatuor millium nomina, a Patre antecessore contracta, deducebatur, in annos duodecim liberatus est. Domi, quæ commodis Nobilissimæ Juventutis servire possunt, curata sedulo. Præter hortum Suburbanum ex majore parte muro cinctum, pars quoque Ædificij Seminario Generali objecta a præsente ruina non servata modo, sed etiam ad habitationem, quæ decet Nobiles, aptata plene, rebusque omnibus instructa est.

Divi Adalberti Convictus.

Adalbertina domus Societati, cujus institutioni ab suis inde incunabulis asseverat X Kal Decembr magna omnium ordinum gratulatione restituta est. Res tamen ut gesta sit, priusquam exsequamur, notasse juvat: Primas Celsissimi Principis, et Archi-Episcopi Nostri post avulsa a nobis Seminaria eo intentas fuisse curas, ut junior clerus, qui mixtus sæculari juventuti in hac quoque domo alebatur, quantocijus separatus foret. Adscriptis proin Adalbertinæ domui Nobilibus viginti adolescentibus, qui in Marjano Seminario hactenus Szelepcsenianis sumptibus alebantur, Clerum facta totius supellectilis domesticæ divisione, partim in eorum locum sufficit, partim in Seminarium Divi Stephani transtulit. Hæc vix effectui data sunt, illico Celsissimus ad restituendam curæ Societatis juventutem Nobilem in Convictu S. Adalberti, e duobus Seminarijs jam congregatam, cogitationes suas contulit, benignæque voluntatis significatione R. P. Provinciæ Præsidi facta, jam mense Majo Patrem unum è Socijs, cui hujusce domus administratio crederetur, statuendum ab Eodem postulavit. Tres præterea socios Presbyteros, quorum unus Philosophis, alter Rhetoribus ac Poetis, postremus Syntaxistis, et Grammatistis præsit, eidem adjungi voluit. Conditiones quoque adjecit, quæ inclinatum ceteroquin R. P. Provincialis animum Celsissimo placendi nonnihil morabantur, intellecta tamen ipsius Augustæ voluntate, ad easdem demum accessit, et suam, Sociorumque operam prompte, liberaliterque addixit.

~~Quis vero~~ Nominato proin Patre, qui Regentis munere fungeretur, et tribus, qui eidem adjumento forent, adjectis Patribus, di 22da Novembris Illustrissimus ac Rdssmus Dnus Josephus Szentilonay, Celsissimi ac Reverendissimi Archi-Episcopi id temporis Vicarius Generalis

coram duobus e Stingoniensi Capitulo Reverendissimis; nomine autem Sōctis præsente Patre Collegij Academici Ministro, hactenus Seminarium vulgo pauperum, nunc Convictum Nobilium sub titulo S. Adalberti nuncupatum, curæ fideique Sōctis reddidit. Diurnus inde ordo, cæteræque leges, quæ secuturis etiam temporibus observandæ forent, jubente Celsissimo erant conscribendæ. Illæ etiam adeo feliciter conscriptæ sunt, ut in ijs nihil omnino extiterit, quod non maximopere Celsissimo probaretur. Eam ob causam ut deinceps quoque idem illis inesset vigor, Actis primum Capitularibus inserta, mox Archi-Episcopali una, et Venerabilis Capituli auctoritate roborata sunt omnia. His autem præcipuus Doctrinæ Christianæ, bis quot Hebdomadis explanandæ, usus commendatur, Scholasticisque exercitationibus horæ assignantur: Universi denique temporis ea continetur partitio, ut quot diebus in Saltu quoque, Arithmetica, Historia, Geographia, et Germanicæ Gallicæque linguæ usu quam diligentissime juventus exerceatur.

Quis vero optimis institutis fructus responderit, Paschali in examine abunde patuit, dum præsente uno è Reverendissimis Dominis Canonicis, qui nempe Vicarij Generalis obibat vices, Classes singulæ è præscriptis sibi exercitijs periculum subire jussæ sunt. Certè admirationem, ac pene gaudio lachrimas Eidem Reverendissimo excusserunt. Juventus ipsa de felici adeo statu sibi gratulata, curam et fatigia nostrorum celebrare semel atque iterum observata est. Qui Philosophiæ dabant operam, felices, identidem ajebant eos, quibus plurium intervallo annorum in hoc contubernio educari licebit. Nec silentio prætereunda Celsissimi Nostri de Adalbertinis vel inter summa regni negotia paterna prorsus solicitudo, qua impulsus, eos, quos cæteris præstare didicerat, mirifice sua in epistola Colaudavit. Unus absoluto Philosophiæ cursu ad Patrum Paulinorum Tyrocinium se contulit; alter e Rhetoribus Clero adscriptus est.

Neque interim, dum excolendam juventutem toto pectore nostri incumberent, eorum prætermissa est cura, quæ ornamento domui esse posset. Tectum novum toti domui impositum, cubiculumque spatiosius in ambitu inferiori, communibus exercitijs serviturum, non ad commoditatem modo, sed ad splendorem etiam instructum est. Ad hæc Culina, Triclinium, Philosophorum domicilium, tota denique inferior domus facies partim immutata, partim mundata ad nitorem eos etiam ad se allicit, quibus antea fuit contemptui.

Elogium Chmi in Xto Fratris Mgri Joannis Nemeth

VIII Idus Ferbr. Relictis rebus mortalibus ad exoptatam immortalitatem hectica tabe consumptus paulo post meridiem discessit Charissimus in Christo Frater Joannes Németh. Primam is lucem aspexit Zidæ in Provincia Soproniensi anno labentis sæculi quadragesimo. Absolutis cum laude mansuetioribus literis ad Societatem, quam ardenter expetierat Sopronij 1759 admissus, ea ad Sanctæ Annæ solidarum virtutum fundamenta posuit, ut idoneus visus dit, qui teneræ ætati latinæ linguæ elementis imbuendæ Posegæ Magister præficeretur. Inde Philosophiæ audiendæ causa affecta jam valetudine ad nos translatus, cum morbi sui vim arte medica superiorem adverteret, toto, quo nobiscum versatus, tempore, ad mortem non nisi piè obeundam sese comparabat. Ejus certè sibi propediem instantis nuntio adeo turbatus non est, ut diem illum unice sibi optatum verbis non minus, quam vultu ipso testatus, præmissa de vita omni exomologesi, supremis morientium Sacramentis communiri ardenter postulavit; Quidquid ab ijs susceptis reliquum temporis fuit, id inter pulcherrimos virtutum affectus, tenerrimique erga Deum, ac Matrem Virginem amoris actus exegit; qui ex affecto alioquin pectore adeo flagrantes interdum eruperunt, ut adstantibus, ipsique adeo, qui ad supremam eum luctam comparabat, sacerdoti lacrimas elicerent, planumque facerent, quam per vitam omnem uni Deo conjunctus, dissolvi jam, et esse cum Christo optaverit.

Catalogus Personarum Collegij S. J. Tyrnaviensis Anno 1764

R. P. Valentin. Kéri. Rect. Gub. a 20. Aug. 1762.
P. Ignat. Roys. Min. Praef. Eccl. & Sau.
P. Andr. Osiminka Conc. Dom. Germ. in Cathed. Praes. Cong. Ger. Oper.
P. Anton. Harrer. Praef. Spir. FF. Conf. Dom. Oper.
P. Anton. Jaranyi. Praef. in Conv. S. Adal.
P. Anton. Muszka. Dec. & Prof. Theol. Exam. Iur.
P. Anton. Radics. Prof. Math. Catech. Ung.
P. Carolus Neuhauser. Praef. in Conv. Reg. Archi Epp. Prof. & Exh. Germ. ibid.
P. Carolus Roth. Prof. Theol. Ex. Iur. Con. 2.
P. Emericus Tolvaj. Praef. Typ. Con. 1.
P. Franc. Borg. Kéri. Dir. Iun.
P. Franc. Abel. Miss. Slav.
P. Franc. Birsi. Praef. in Conv. S. Adal.
P. Franc. Halvay. Dec. Cas. Dat. punc. FF. fac. Conf. Vijsd.
P. Franc. Kozma. Prof. Eth. Conc. & Exh. Quadr. Ung. in Nost.
P. Franc. Töröke. Praef. in Conv. Reg. A. Epp.
P. Franc. Weiss. Praef. Spec. Astr.
P. Georg. Sartoris. Conc. Dom. Slav. ad S. Mich. Praes. Cong. Agon. Exh. 4 Temp. hab. Cur. Carc. 2c.
P. Ignat. Soc. P. Rev. Lib. Praes. Cong. de Doct. Christ. Sub Min.
P. Ioan. Bapt. Prileszki. Cancell. Ex. Iur. Praef. Bibl. Rev. Libr. Con. 2.
P. Ioan. Földesi. Praef. Spir. Mon. Exam. Cand.
P. Ioan. Gottgeist. Prof. Log. & Metaph.
P. Ioan. Horváth. Praef. in Conv. R. A. E.
P. Ioan. Molnár. Prof. Eloq. Sacr. Dec. Ling. Exh. Acad. & Dom.
P. Ioan. Pech. Prof. Ling. Sacr. & Rep. Ejusd.
P. Ioan. Piard. Praef. in Conv. R. A. E. Prof. & Exh. Gall. ibid.
P. Ioan. Prileszki. Praef. in Con. R. A. E. Prof. & Exh. Ung. ibid.
P. Ioan. Stipanovich. Praef. in Conv. Reg. A. E.
P. Ios. Baross. Conc. Ung. in Cath. Praes. Cong. S. Cruc. Conf. Conv. apud Urs. Cons. 1.
P. Ios. Führer. Prof. Rep. Math. Conf. Dom.
P. Ios. Gullike. Praef. in Conv. Reg. A. E.
P. Ios. Hegyi. Prof. S. Script. Ex. Iur. Conf. Dom.
P. Ios. Kenyeres. Prof. Hist. Sacr. & Prof. Corr. Lect. Mens. 1. Exh. Dom.
P. Ios. Krcho. Admin. in Bozok.
P. Ladis. Hegedüs. Prof. Can. Dec. Iur. Praes. Cong. Maj. Stud. Exh. Dom.
P. Ladisl. Kende. Reg. ~~Sem.~~ Conv. S. Adalb.
P. Ladisl. Turoczi. Conf. Dom.
P. Martin. Puchperger. Tradit. Spir. Exerc. & Recoll. in Sem. S. Steph.
P. Mathias Geiger. Reg. Conv. Reg. A. E.
P. Mathias Vendler. Cur. val.
P. Matthaeus Eisenpeitl. Prof. Ling. Graec. et Rep. ejusd. Praes. Cong. de Doct. Christ. Catech. Germ.
P. Melchior Andreánszki. Proc.
P. Michael Horváth. Prof. Phys. Gen. et Part.
P. Nicolaus Benkö. Prof. Contr. Dec. Phil. Exh. Dom.
P. Nicolaus Rauscher. Praef. in Conv. S. Adal.
P. Paulus Eröss. Praef. in Conv. Reg. A. E.
P. Petrus Lipovchich. Hist. Dom.
P. Stephan. Novotha. Cur. valet.

Professores Inferior. Scholar.

P. Paulus Ocskai. Rhet. Praes. Cong. Med. Stud.
P. Anton. Jäger. Poet. Praes. Cong. Min. Stud.
M. Philippus Palles. Synt.
M. Andreas Lux. Gram.
M. Iosephus Gaal. Princ.
M. Ignat. Pernkoff. Parv.

Theologi 4 Ani

P. Alexand. Rustáczki
P. Andr. Bertaffi. Catech. Slav.
P. Andr. Zachar.
P. Caspar. Piroth.
P. Franc. Xav. Katona.
P. Georg. Gerentser
P. Georg. Mayr.
P. Ignat. Finátzi. Reg. Chor.
P. Ioan. Biro.
P. Ioseph. Winckler.

Theologi 3. ani

Anton. Wayman.
August. Puppikhoffer.
Ioan. Nep. Bober.
Ioan. Nep. Fabri.
Ladisl. Dobai
Martin Takács. Bid. Theol.
Paulus Ribics.
Petrus Spaics. Bid. Can.
Stephanus Placskó.
Stephan. Ürményi.

Theologi 2. anni.

Andreas Grábár.
Andreas Horváth
Henricus Schmid.
Ignatius Fehérvári
Josephus Mikoczi Bid. Conc. & Ton.
Josephus Schlemicher.
Michael Urámi
Weichardus Schmidhoffen.

Theologi 1. anni.

Adamus Marsovszki.
Antonius Grasser.
Antonius Neander
Franciscus Söress.
Ignatius Hudelist.
Joannes Dragovich.
Joannes Pauer.
Joan. Nep. Adámi
Joan. Nep. ~~Tuch~~ Fierer.
Ladislaus Váradi
Petrus Fein. Bid Hebr.

Repetentes Matheseos

Franciscus Cantes
Joan. Nep. Zech.
Josephus Seth.
Jos. Schvickardt.
Jos. Zellner. Bid. Math.
Matthaeus Panckl.

Repetentes Linguarum.

Anton. Brekerfeld. Bid. Ling.
Franciscus Lettmayr.
Ignat. Wödl.
Josephus Arvai.

Philosophi 2. anni.

Andreas Jakob. Bid.
Andreas Komáromi
Emericus Battha.
Franciscus Barvér.
Franciscus Ujházi.
Georgius Lada.
Josephus Puchner.
Josephus Richter.
Martinus Hollo.
Stephanus Abrahámsi.

Philosophi 1. anni

Ambros. Komaromi.
Andreas Purutich.
Andreas Wideman Bid.
Anton. Bethléni.
Anton. Manczini.
Carolus Praun.
Franc. de Paula Steinbeis. Sub Man.
Franciscus Walitsek.
Franc. Xav. Pruder.
Ignat. Kuik. Man.
Josephus Kreskai.
Josephus Szabo.

Coadjutores

Antonius Püschl. Sub Disp.
Balthasar Griffter. Praef. Lan. Supell.
Bonifac. Fischer. Infir.
Francisc. Schuller. Cred.
Georgius Endres. Sub Cred.
Georg. Timanoczi. Soc. P. Praef. Typ.
Jacobus Weiss. Apoth.
Joannes Winckler. Cell.
Josephus Ellinger. Coc.
Josephus Vötter. Sub Infir.
Josephus Wurtz. Praef. Lin. Sup.
Lucas Kolb. Sacrist.
Martin. Javorek. Oecon. Dom.
Martin. Schlak. Oecon. in Bizok.
Mathias Weiss. Soc. P. Proc.
Mathias Wischerat. Sub Cell.
Michael Bogadi. Jan.
Paulus Horváth. Disp.
Philip. Schwäller. Sub Coc.
Stephan. Kelemen. Sub Jan.
Thomas Rösel. Soc. P. Praef. Spec. Astr.

Sacerd. 60. Schol. 65 Coadj. 21.

Universim 146.

Amplissimum hoc non Hungaria tantum, sed Provincia propemodum omnis Numerus
Collegium mechuere Socij 176. Sepaginta Sacerdotes: ii qui diversis Scientijs da- Personae
bant operam, sicq in spes Soctijs afebant, quinque fuere supra sepagenos: Rem
familiarem item & unus procurabant. Omnes munerij sui rationib[us] plane intenti.

Curatum ante alia, ut prima Divinarum rerum cura esse debet, sua Administratio
ut templo Nostro frequentia populi, suus religionibus ignis constaret. Oblata SS. Sacramt.
ab ijs, qui ad aras hoc in Templo litavere majorum hostiarum non pauciora
19. millibus: minorum vero dispertita in populum amplius 49000.

Multum ad promovendam hanc, fovendamq populi pietatem, eumq a Conciones.
iniquorum & turpitudine & periculis abstrahendum Sacrorum Oratorum fa-
cundia contulit. Dixere omnes magna & sui & Soctijs cum laude, neq minore
fructu audientium. Qui Hungarico idiomate in Templo Cathedrali non ad numero-
sum illum quidem, interdum tamen saevis quoq ritulis conspicuum Auditorem
verba fecit, auditus etiam sellya est Stephorio festo. Orator quoq Navicus,
qui in D. Michaelis Templo singulis Dominicis creditum sibi populum ea
cum fervore erudijt, ut pijs conatibus frustra non contemnendus responderet.
Permanus cum in sveticis dictionibus plausum non vulgarem emeruit, tum
quatex alijs etiam Cultesijs suam commodavit eloquentiam. Peroravit in Aca-
demici hujus Collegij templo primum 3tia Saturnalium feria, tum salutatae
ab Angelo Virginij festa hucusque, enixe id ab eo Sodalitate Nationis Germa-
nica postulante: festo Portiuncula apud RR PP. Franciscanos. Laudes denig
ac emolumenta Catechetica Congregationis Angelorum festo recensuit.
Invigendus his Orator Academicus, qui Latino idiomate studiosam Ju-
ventutem adeo feliciter exhortatus est, ut ea in pietate, morumq sanctimo-
nia progressiones faceret non vulgares. Denig et is, qui in Collegij tem-
plo Stahy temporibus idiomate Patrio peroravit, partes omnes egregij
Oratorij magna omnium approbatione sustinuit. Hae sacra facundia
rij procul dubio effecerit, ut multi crimina, quibus animum sepenumero
turpiter sodarere, vereri primum inciperent, sudq infelicitati ingemiscere,
re, tum etiam expiata rite conscientia mores instituerent ad omnem Xtianae
legum rationem compositos.

Stuxit hinc & criminum timorem & amorem sanctioris vitae probatissima Confessio
atq ad Societatis leges exacta Nostrorum hominum conversatio; qua: ita & Haereticor
& fiat: nihil est ad procurandam aliorum salutem accommodatius. Hanc reductio
cta Confessiones inter alia; procul a periculo remota pudicitia: multi a
pestimis revocati motionibus: multi qui jam salutis sua desperaverant
in melioremq spem erecti. Duo Lutherco, Calvino erepti mens.

Neq vero ita in Adultiorum salutem invigilabant Socij, ut parvulor Doctrina
curam ponerent. Hinc: ut Societas Xtiana doctrina explanationem primum Xtianae Expli-
morum munerum semper duxit: praecipua illius capita diversis idiomatis natio.
explicuere magna adultitate parentis, probe gnari pueriti educatione spem
reliqua etatis maxime contineri, haeq neglecta perdita propemodum esse oa.
Parentibus ijsdis profuere plurimum: qui parvulorum curam magno semper
permisti meminere, datuq illis Xtiana pietatis exemplum, feliciter, ac
circa rectorem condiscere ea, qua tamdiu ignoraverant.

Divorum Indigetum Nostrorum Cultus, ut sparsim latius nihil omissum Cultus
est. Festa Divi Patris Nostri Ignatij, et S. Indigetum Apostoli celebra SS. Ind.
ta fuere apparatu splendido, Theologica, et Philosophica facultate gestum

nihil praetermittentibus, quod ad templi atq; aræ splendorem justa ac ornamenta faceret. Illum A.R.D. Deakiensis cum Hungarico prius vero Latino sermone R.D. Adamus Vizer S. Theologiæ in 7um Annum Auditor e Sem. Jen. Cleri R. Hung. celebrarunt. Hunc idiomate patrio e hujate RR. PP. Franciscanor Monasterio is qui festis ad populum in Cathedrali dixit Latina vero oratore Illmus C. Casimirus Czerchazy de Rabantha e Reg. Stuhlw. Convictu Philosophiæ in 1um Annum Auditor laudaverunt. Pontificem ad aras uterq; habuit Illmum ac Rdissimum D. Nicolaum Stephanum Jáckelm Electum Cpum Athenien[sem]. Angelico Juveni plurima Juventus Sep Domini dierum vectigal dependit.

Congregationes. Ut vero horum, aliorumq; Divorum, Magna imprimis Domina Cultus, ac vero virtutis Studium florerent magis, multum Sodalitates contulere. Major Studiosor Virginii ad Elisabeth inisent Sacra, quaterna sua festa ea qua par erat, pietate, ac splendore quo potuit maximo celebrant. Pontifex ad aras steit Illmus ac Rdiss. D. C. Ladislaus Kemény Strigoniensis Canonicus. Sodales fer centum prope erant, incensa omnes in obeundis Mariana pietatis exercitijs, certatim quot Juventus flagrandis assiduitate. Oculorum aliorumq; sensuum custodia, tanquam certissimum tuendæ integritatis præsidium magna cura fuit plurimis. Non deerant, qui ne in transversum ab humani generis hoste agerentur, memoranda in se ediderunt pia severitatis exempla. Multis Sabbatinum jejunium, nonnullis duarum per hebdomadem dierum ab omni, si panem demas, cibo abstinentia in usu fuit: alii relicto molli tecnulo, duro in asseri somnum capere: nocte concubia ad orandum consurgere: alij cateris servilij, nodosis funibus, alijsq; id genus pia severitatis instrumentis inclementius se se cædere: erat qui sui, ac sæpenumero impuris cogitationibus divexatus, ac in immunda e cogitationibus vel invitus exardescens desiderio id purissimæ Virginis ope, sanq; afflictandi studio assentus est deinq; nihil ut pœnarum foedius in mentem veniret amplius. Sacris D. Parentis Nostri Commentationibus eruditi omnes fere cum uberrimo: repetito inde a puero exomologesis pene ab omnibus, communitati multorum in melius mores novis omnes ad consectandam ardentiorem virtutem inflammati stimulis. Id multis minimum acuebat: Cum Pater, qui Sodales asceti excolebat, in meditatione, qua morbi memoria commoret animos, diceret: e præceptibus aliquem non post multum temporis moriturum: juvenem valentem alias viribus, ea ipsa die ægrotare cœpisse, et quinto ab ægritudine die extinctum. Id etiam hoc anno salutarissime effectum, ut Divij Auditores Illustrissimi S.R.I. Rpis Strigoniensis strictissimis decreto ad Luteranos apostatas actus adigerent, additis eodem in decreto utilissimis legibus, quæ si deducta in usum fuerint, futurum est prout dubito, ut magna hæc juventus in virtute non minus ac literis progressiones faciat.

Horum fervorem, pietatemq; æmulata Juventus est Media, atq; infima Sodalitati adscripta. Omnium id studium erat primum, ad literas ut virtutem adjungerent, atq; in geminis his & suam & Reipub. felicitatem collocatam arbitrarentur.

Sodalitas morientis in Cruce Dni festa sua, cumprimis Passionis Dominicam magno splendore celebravit. Catalogi Defunctor Sodalium dimidium fere tex mille. Albo novi Sodales 864 inscripti. Eodem hoc die ad congregatos Sodales, quos quidem omnes Templum quanquam si quod alias spatiosum capere non poterat, præclare dixit P. Procurator Collegij. Quæ autem vis populi fuerit, vel inde colligas, quod octo millibus plures Sacra pensa accubuerint. Eidem Sodalitati accesserunt hoc anno duo Candelabra majora; Antipendium item elegantij operij ara Sodalitatij subinde pra-

X Clarea Legenium.

figendum impendio prope 200 fl. Congregatio S. Cruris aucta est Capitib 20.

Schola nostra nihilo minus hoc, ac anniis superioribus, Alumnor et Habitatore, & numero floruerunt. Mille amplius erant, qui non ex Hungaria modo omni, sed vicinis etiam Hungarica provincijs isthuc discendi gratia confluxerant. Theologia praeter Nostros 40 Auditores e Clero partim Strigoniensi Dioecesi, partim alijs per Hungariam & Transilvaniam Dioecesis adscriptos numerauit 132. alios demum externos 17. Duas D. Thomae partes praeter Nostros gingre propugnarunt e Clero 17. Positiones vero e Theologia Universa ging. Nostri e Clero totidem.

Theologiae Candidati quatuor erant supra ~~grade~~ Septuaginta, partim Clerici, partim Seculares: ex his in illorum numerum gingve dein relati sunt, bini e Clero sub anni exitum publicum Doctrinae suae specimen cum approbatione Auditorum dederunt: Unus eorum Assertiones suas praefixit Actis & Scriptis S. Theophili Patriarchae Antiocheni, & M. Minutij Alticis tunc primum hic loci editis operae R. P. Joannis Bapt. Pirlezki Universitatis hujus Cancellarij a Philosophicis, & Theologicis disciplinis ex omnem provinciam magna cum laude cogniti.

Physicam Regentarunt Auditores decem supra Centum; gingve ex his Illmo orti genere. Tentamen habitum, in quo complura experimenta ~~fuit~~ exhibita. Propugnarunt Philosophiam Nostri novem, externi tredecim. Ex his Illmus ac Rdus D. Comes Joannes Georg. de Belfort Auspicijs, et Munificentia Augustae Dnae 29. Augusti in publicum prodijt cui Ottomanicos Imperatores Rdi. P. Nicolai Schmitth dedicavit. Vices Regias sustinuit Illmus ac Rdissimus D. Comes Antonius Revai Episcopus, qui peracta Disputatione, qua in Rea hostas protracta est Clientem Beneficij admonitum torque aureo donavit. Alter vero: Illmus ac Rdus D. Emericus L. B. de Brény ab Auspicijs Celsissimi & Rdissimi Primatis splendorem mutuatus est. Ex hoc Auditorum numero in Societatem admissus est unus, tres Clero adscripti; in Eremum Camaldulensium duo se abdiderunt.

Logica octoginta supra centum Auditores numerauit: hos inter duos Illmi natos sanguine, tres & viginti Clero adscriptos. Publico tentamine profati e Clero octonos, totidem e Secularibus. Sex varia Religiosorum instituta sunt amplexi, novem in Clerum hujatem cooptati.

In sex Classibus inferioribus Adolescentes 475 fuere: ex his comitatus insignes 9. > 10 Barones. Professores et Magistri ita numero suo perfuncti sunt, ut et Societati & Reipub. desiderio abunde satisfecerint. Praeter confecta tentamina Historica & Declamationes M. Syntaxeos eo suorum nonnullos adduxit, ut Discretis ad Demonicum Declinationem patam cum plausu e Pedio in Latinum verterent, & quidquid ea occasione de ejusdem lingvae Grammatica exemplis illustrari potuit, id omne deprome re expedite viderint. Adjunxit idem tentamen aliud ex Auctore, qua item occasione, quam deprae nonnulla Ciceronis capita imitati sunt, et ubi vere recitatis qua componerant, nonnullis argumentis. M. Grammaticae Cochentum in Scenam dedit, in qua ea, qua ad oculos oblectandos pertinebant, multa cum caeris laudibus convenere. M. Principiorum in Floribo exemplum emendati Adolescentuli proposuit cum gratia, & venustate non styli minus, quam Actionis. M. Elementarij Classis eandem per omnia consecuty est laudem exhibitis Characte, & Lysimacho. Sub anni vero finem cum bene meriti praemijs donarentur, Suprema Grammaticae praefectis praeter omnissimam Coronam gratiosi Episcopi Odoardum ita lusit, ut per singulas partes

Auditorem una docuerit. Erat illud Dramma ad regulas & exempla Veterum sic exactum, ut inventio, elocutio, actio quidquid Scitum habet, in illud profudisse videretur. At morum ad Xtianam normam exigendorum prima apud omnes Cura fuit. Assiduis institutionibus conati sunt ita pietatem promovere, ut nihil est omiserint quo ad eum finem assequendum faciunt, ob quem potissimum Scholi hujusmodi actuum traditio expetenda videtur.

Quod ad rem Oeconomicam attinet: respondere laboris ac voti agri. Oeconomia Multa in Castello Sellyensi reparata. Oratorium Cubicula pro Majoris hominis Sexu, Hospitum, Nostrorum praesertim, qui certis per annum temporibus animarum commodo Servituri eo proficiscuntur, commoditate asservibus tegulae loco Stegae. Sarcum Granarij tecta. Horti Castello adjacentes arboribus Cinctus subtus de lateribus auctus. Plantata vinea, effossa piscina, confrandis ac congregandis etiam piscibus multum opportuna. Horreo, quod superiore anno exaedificatum est, seu iconem totidem ejus postes superimposita accesserunt. Immaculatae Virginis D. Josephi, Ignatij, Xaverij, Donati, & Floriani. quorum ope a periculis tutius redderetur. In Ecclesia oppidi novum aeo omnes cultum acceperunt, reparata turris, Cathedra nova posita non inelegantis operis. Királyfalva turris nova e fundamentis educta, Sacellum domesticum ita ad omnem elegantiam adornatum, ut intuentibus novum videatur.

Comitis Regij. Comitis Regio-Stachi Equitis, quo non illustrius per Hungariam Nobilis Inventutis est contubernium. Peregrinatores ex superioribus annis incolas Numerarit: cum enim equestria illa, quam Moderatores adhibuere, institutendi ratio nusquam non celebraretur, palamq esset, nihil quod ad Nobilem Adolescentem perpoliendum faceret, hic desiderari: Illustri quig Parentes Filios suos hanc in Domum collocare decreverunt. id quod a plurimis etiam fuisset praestitum, nisi Cubilis aliorum Domus Angustia aditum non nullis praeclusisset.

Centum tamen et tredecim incolunt domum, eos si adjicias, qui Domesticis muniis addicti sunt. Moribus et artium Studijs praefecti e Societate Nostra Cenguntur cum P. Regente novem, Ecclesiastici unus: Ex ijs autem qui institutioni Nostrae credit fuere: praeter nu Regnum Comites 11. Baronet 7. Equestri ordinis partim suo, partim Fundatorij aere inventi 52. horum 32. prima, 2da religio mensa Coenobiorum.

Nihil praetermissum, quo praeclare in literis, aliisq, quas Nobilis haec aetas deposcit, artibus, ac imprimis pietatis virtutumq studio progressionem facerent. Caeroper praeter quotidianas pietatis exercitationes sive institutas, sive auctas bis quot hebdomadis Catechismus Romanus explanatur fuit, quo in Xtiana Religionis principijs firmarentur, habitae item quot mensibus exhortationes publicae, quibus earum Virtutum, quo hanc praesertim aetatem ornare solent, amor & studium instillaretur.

Quod ad literas attinet. Praefectorum solertia Disciplinae fructus respondit: ac illi quidem, qui manifestationibus Musis vacabant, praeterquam quod in Scholasticis Concertationibus primas fere semper emerint e postremis Exercitationibus 44 praemia retulerunt. Inter eos, qui severioribus Disciplinis dabant operam: Perillustres Adolescentes Christianus, & Franciscus Sanctus de Somberek e tentamine Logico praeclaram sibi laudem comparavere quorum alter Franciscus Sanctus cum Perillustribus Adolescentibus Schmitt, & Vogl periculum sui in Mathesi progressus cum laude fecerunt. Finem et cumulum gloriae imposuere Illmi Comes Ladislaus, & Ludovicus Erdödi de Monyorokerek, dum coram Nobilissimo & Conspectissimo Auditore difficillimas Physicae recentioris Quaestiones magna cum explicatione explicavere.

Incenja prog fuit Hungarici, Germanici, & Gallici Professorum sedulitas
neq parum opera pretium fulit: sua denig Delineationem, Danistica, ac Labri
horia grotidie date. Atq hac omnia cum quam diligentissime a singulis exige-
rentur, Nobilissimi e remotis etiam loci advena Tyrnaviæ aciti sunt, ut
pro late a plurimis celebrari audierant, coram intuerentur. Quos inter
plurimum Domus Nostra gloriatur Celsissimo Principe a Kevenhüller, qui
cum Conjuge sua unice Domus hujus ipsenda causa Tyrnaviam tandem per-
appulit, Academicasq; Exercitationes ita probavit, ut et coram Illmos Adolescentes
multis laudibus condecoraverit, & se se recta in Domo hac Institutionis famam
utrique promotorum receperit; Regve secus egit. Primum enim Protectori
Nostro Celsissimo Primati animi sui voluptate multis declarata, apud ipsam
Augustam ita in Domus ipsius Laudes facundus fuit, ut illa Primati
Nostro faterentur: magnam sibi Domus hujus ipsenda cupidinem injectam, quod
de Nobilissima Juventutis progressionibus tanta jam accepisset: quin etiam polli-
cerentur, se Tyrnaviam, quam primum Posonium remigraverit, procursuram.

Hæc quidem pene sive ad oblectationem, sive ad exercitationem Adolescentum deest
set Solicita R.P. Regentis Cura jam anno superiore nondum provectum est
Theatrum, per elegans celeberrimi Aula Augusta Pictoris Danisci penicillo
expictum; quod tum primum apertum fuit, cum Celsissimo Principi &
Hungariæ Primati, præsente item Excellentissimo Domino Cathedrali Antistite cum
frequentissima Summorum utriusq; Ordinis Virorum corona Die 6ta Ja-
nuarij Salamon Rex Hungariæ Divo Ladislao coronam eripere tentans daretur
spectandus. Ora quidem in actione ea fuit sive patrij Sermonis elegantia,
sive gestuum apud actores gratia, ut quo cupidissimos Auditorum votis fieret
satis, iterum ac tertio exhiberi deberet. Sacrenalibus item suis Athenæum
suum in Patrem pietatis pœnas persolvens tanto animorum motu in Scena
tatus est, ut ubertim in lacrimas Parentes prorumperent, pulcherrima
Liberos rite educandi documenta se inde hausisse faterentur.

Hæ tamen cura non ita R.P. Regentis animum occupavere, ut non etiam
pro ornanda Domo Dei gestiam agerentur. Binis siquidem in Sacello Aræ
quæ tumulariæ quondam gerere furrexerant, terna hoc anno sunt sufferta.
Ea quæ in medio princeps ipsitur, ita est accomodata, ut a tergo capacem Sa-
cristia locum præbat, structq cum Statuarij & Aeularij labore 120 fl
Signa, quæ tanc utring ambiunt, 60 fl pretium absumpserunt. Reliquæ
terni his aris sunt impositæ, pictoris Viennensis penicillo commendat.
In ara principe D. Joannes Evangelista Domus tutelaris ipsitur in Marmo
Insula Virginem Magnam 12 Stellis cinctam spectans, cui 50 fl. altera
D. Emericum Juventutis, tertia D. Joannem Nepomucenum bonæ famæ
Patronum exhibet, singula 24 fl æstimata.

Sepelles Sacra 5 novis Aquis aucta est, terris albis, et Lavacro
stanneo. Cathedrarum una e Viennensi marmore 50 Rh. aligvot singulæ
78. constitere adjecta est item una 12 fl. missis Defuncto Scenitura.

Convictus Nobilium ad S. Adalbertum quinque supra quadraginta alumnos
habuit, atq ita virtutibus, literis, atqq Nobilium exercitationibus informavit, ut
omnes eam in præclarum bonæ educationis Domicilium suscepisse mirarentur
propriamq Juventutis institutendæ gratiam a Dei Societati concessam affir-
marent. Exercitationi Juventus præclare respondit, cum tis per annum
præsentibus Rdissimi D. Canonici e Scholasticis Exercitationibus, Doctrina
Christiana, Historia, Geographia, Arithmetica, Linguis item Hungarica, Ger-
manica, Gallica, arte denig certos ad modulos pedes componendi periculum

Convictus S. Adalberti.

subiit. Duo praeterea e Logicis, duo e Metaphysicis, duo e Mathematicis disciplinis in Aula Academica magna cum laude tentati sunt. Bini etiam Logici ex omnibus Anni totius praelectionibus domesticos intra parietes coram Illmo ac Rdissimo Auditore specimina facti progressus dedere magno cum plausu. Praecipuam autem commendationem merentur ij, qui Physicas positiones ad mentem Newtoni propugnarunt. Auxit autem praeprimis gloriam Celsissimi ac Rdissimi S. R. I. Rpis & Archiepi Primatis Regni praesentia, quam cum Nobis pro sua erga Patriam Iuventutem benignitate concessisset inter festos tubarum, tympanorumq strepitus exceptus est, ac primum perbreui Oratione Latina dein Hexametro Ungarico pereleganti in Cubili communibus Nobilium Exercitijs nuper adornato salutatus. Officia salutaonis excepit Oda Ungarica per Nobiles Adolescentes inter Musicos concentus decantata. Mox eodem in loco Tentamini Physico initium datum, cui quanta voluptate Celsissimus ultra horae unius & dimidiae spatium interfuerit, edita gaudij & aprobaonis signa palam fecere. Aderat hic & reliqua Iuventus specimina profectus sui literarij alacriter, modo juberetur, editura: sed ne diuturna mora Celsissimo molestior accideret, ad perlustrandam universam domum invitatus, nullum pene angulum, quem non inspexerit, reliquit. Post haec in Cubiculo Patris Regentis rursum considens, singulos ordine Classium suum in conspectum admissos Paterno prorsus alloquio dignatus est, neq infra dignitatem suam duxit eorum e propriis cuilibet Classi Exercitaonibus progressum periclitari; Cumulatis denique laudibus, quas in Domesticos Iuventutis hujus Moderatores congessit, quantum sibi eorum conatus probaret, demonstravit.

Ut vero Domus quoq grati non minus animi, quam debitae pietatis erga Celsissimum officia, qua posset, testaretur: materiem Tentaminis Physici cum adjectis Salutaonibus typo expressis, Odaq decantata Libelli in far in Serica theca obtulit. Praefixa his visebatur Architecti penicillo eleganter Sinico atramento depicta in Regali folio Porta Triumphalis, quam sparsa Archiepalia atq Gentilitia Barkoczyana Familiae insignia, ac denique symbola varijs coloribus adumbrata ornaverant. Supremo loco velut in totius molis fronte eminebat spatium vacuum solius effigiei capax cum Epigraphe: Praesentia supplet. Cui Lemma subscriptum legebatur:

Quis Te Parrhasius pingat? cui fronte resedit
Pallas, Virtutes pectore, in ore decus.

Magno haec omnia ab optimo Principe excepta fuere gaudio; Certe Odam sibi in Convictu decantatam, postridie per suos iterum Musicos decantari voluit. Conciliarunt praeter haec gratiam Celsissimi duae pereleganteś majoris molis, vitreis tabulis, pretiosisq listis inclusae imagines, quas Magister Architectonicae ad omnem artem adumbravit, suoq ac totius Domus nomine obtulit. Atq his officijs muneribusq cultus, ac solatij plenus Princeps tum quidem e Convictu discessit; Nostrorum vero instituendi rationem ita coram Summis etiam Regni Proceribus commendavit, ut complures Illmo genere nati, quibus ignota, vel minus saltem aestimata Domus Adalbertina hactenus fuerat, jam eo velut in Nobile contubernium Liberos suos mittere cupiant: Non desunt Illustrium quorumdam Virorum literae, quibus ut reduces e Scholis ad Autumni ferias filios ~~ut~~ literis, virtuteq non mediocriter excultos, ita se Societati Nostrae plurimum devinctos profitentur.

Ad internum Domus decorem externa quoq ornamenta, quae totam aedificij molem in Nobiliorem formam redigerent, accesserunt: Longis enim in Triclinio tabulis, quibus pro veteri more Alumni accumbere

consueverant, mensæ rotundæ Substitutæ sunt: Musæa et Cubicula omnia tabulatis fenestris instructa: duo præterea Musæa pavimento novo, pulpitisq non commoda modo, sed decora etiam sunt reddita: Cubilia denique PP. Præfector, & Convictor amplioribus portis, omniq rerum necessariarum genere ornata ~~nec~~ nitorem non mediocrem Domui Universæ addiderunt.

Superest, ut eorum laudes persequamur, qui ad laborum præmia de hac vita evocati sunt: Primus eorum erat Charissimus in Christo Frater Andreas Komáromi. Anno 1741 15 Aprilis in oppido Szeplak in lucem editus, atq ad Scholas subin traductus eos in literis & pietate fecit progressus, ut Cassoviæ ad Socttem admitti, eamq Trenchinij 15. Octob. A. 1758 ingredi meritus sit. In eo vitæ Sanctioris tirocinio virtutum fundamenta quæ jecerit, triennium, quod a prima probaõne superabat, abunde prodidit. Ab repetitis enim Szakolczæ amænioribus literis, Quinq Ecclesijs infimam Grammatices classem tradere jussus, creditam sibi juventutem ita literis ac pietate cumprimis imbuit ut modestia, innocuisq vitæ moribus Sanctam sui Moderatoris vitam & disciplinam optimam loqueretur. Excepturus Philosophiam ad nos affectis jam hecticæ malo viribus delatus est, ubi ingravescente in dies morbo per intervalla solum literas resumebat. Reliquum tempus vel curandæ valetudini, vel sustentandis viribus, ijsq rebus maxime comparandis, quæ ad vitam immortalem propius conducunt, ita impendit, ut nullum esset tempus, quo, Deus si jubeat, ad deserendam vitæ hujus stationem se minus promptum paratumq affirmaret. Et vero supremam horam secure adeo ut præstolaretur, & integerrimæ vitæ ratio, & illa pietatis exercitia faciebant, quæ id temporis, quo morbum eo processisse sensit, ut medicinam respueret, vel frequentavit ardentius, vel auxit. Patienti Servatori afficiebatq tenerrime, atq ab ejus Cruciatibus dolori remedium, & pro agone præsidium, cum semper alias tum supremis hisce mensibus petebat impensius, precesq validiores ut essent, imitaõne qua licuit exprimebat. Atq eam maxime ob Causam cum neq diuturnitatem, neq vim ægritudinis queri auditus esset unquam, domui ac Superioribus, quos Christi, Patrumq vice venerabatur & observabat, oneri se esse dolebat unice. Idcirco supremis morientium mysterijs summa cum pietate susceptis erratorum precatus veniam R.P. Rectori, atq in hoc Matri Socti, quæ se inutilem /: ut ajebat:/ filium tamdiu aluisset magnosq sui causa fecisset sumptus, egit gratias. Inde ad Providentiæ Divinæ rationem suum demum componens animum, Deo, Matri Virgini & ex Indigetibus Nostris Divo Parenti Ignatio, Aloysioq quos etiam ~~recte~~ recte dum valeret, summa Religione colebat, extremum vitæ halitum commendavit. Reliquum tempus in meditaõne Cælestium posuit. Quam et sæpe alias, & graviore cumprimis respirio internum pectoris dolorem exasperante identidem repetebat, eadem suprema vox morienti fuit: Dulcis Jesu adesto mihi! oblatam continuo Christi de cruce pendentis effigiem dulcissimo complexu admovit ori, moxq viribus defectus Sacerdotem Sanctissima ingeminantem nomina cum sequi voce non posset ardenti secutus animo inter dulcissimi Sponsi brachia quadrante ad 3tiam matutinam 16. Decemb. anni Superioris vivere desiit.

Defunctorum Elogia.

At vero Rdi Patris Valentini Kéri Academici hujus Collegij, ac Universitatis Rectoris fatum eo graviorem nobis mærorem attulit, quod & inopinum fuit, & facultatem eripuit positum mortuali in lectulo Parentem optimum supremum intuendi, quodve unum eo in rerum articulo concessum est pietatis genus, exuvias ejus tumulo componendi. Is ex omni Socior amplissimæ hujus Provinciæ numero delectus, qui Societatis in Comitijs Posoniensibus personam

Kéri

genereret, eo ad 15. Kal. Julij adit. Salutatis postremum amantissime quibus praeerat Sotijs, tergram exigiendos sibi illos jam tum animo cerneret, non sine veris multorum lacrimis dolore cetere omnium. Hic dum ea, qua semper alias et in accurandis quae sibi credita erant negotijs, assiduitate ac fide agit, atq; una pulcherrime Societatis juxta ac Almiae Urbi, si quando hoc cetate tenerae et frugentissimae et nobilissimae Virtutum ejem pla inuenda demirandaq; praebet, tetro affligitur, ac recrudescente asthmate, quo jam dudum ante laboraverat, malo, hydrope demum extinctus est.

Tyrnauiae 17. Martij anni 1712. mundo datus, Adolescens pietate integritate morum ac praeclaris in Literarium artium studio progressionibus supra aetatem confirmans, ac jam tum magni aliquid de se pollicitus, cum ad Sanctimoniam omni sibi contentione eniteudum constituisset, idq; certius assequeretur, ad Societatem adjecit animum, quam non difficulter ingenij tali et ingenio & probitate adolescens, septo ac vicesimo Seculi hujus anno Domum Annaam Tirso ingressus est. Ubi cum degeret, nihil tam erat parvum, quod sibi negligendum putaret, nihil tam arduum, ad quod animo non pareret, certus non ante a persequenda virtute desistere, quam ejus cupidinem contigisset. Inde Lectorium ad teneriores Musas novo ardore redordiendas, ac evoluto anno Studium Philosophicis ut Institutionibus operam daret, ire jussus: ita duo haec Scientiarum genera conjunxit, ut quo excelleret, dubium reliquerit. Factum eapropter, cum emenso Philosophico triennio tenerem Juventutem bonis artibus Magister imbueret ut Discipuli ejus pietate juncta ac literis florerent maxime. Cumulavit partas eatenus laudes Theologia quadriennium: qua multa sui cum commendatione progressus, tertium probatus, sex mensium intervallo ad concionem Sacer Orator dixit, ostenturus magis quantus & in hoc genere esset, quam in eo etatem expecturus. Nam cum promptus esset, ac plane erectus ad quidvis adipiscendum ingenio, cumq; illud non intermisso discendi fervore, justo temporis usu ita percoluisset, nihil ut esset ex omni Scientiarum genere, quod cum dignitate non sustineret, Ethicam primum, inde Philosophiae Viennensi in Universitate quadriennio, ac in Theresiano Collegio biennio, Controversadenq; Fidei professione, Dei adiit magna omnium admiratione, Sanctiq; Discipulorum non vulgari. Quo cum ageret, ut fama ejus spargeretur latius, ac jam nemo dubitaret gravius esset, quem Roma ipsa collaudasset in Urbem accitus est futurus in Vaticana S. Petri Basilica a Sacris Confessionibus, qui e Hungaria & aut pietatis aut egregiorum criminum causa Urbem adiissent: pro Sacro tribunali assidens non suis tantum civibus, sed alijs etiam, ut erat plurium Europae idiomatum non ignarus, praebebat aures, responsa reddebat consulentibus, egenis omnibus, qua poterat ratione succurrebat, nunquam laborum aut multitudinem, aut taedia veriti audiendi. Dignus Romanorum etiam Patrum judicio, qui jam tum ejus Collegij, quod pro Summorum, qui e diversis Societatis Provincijs eo confluunt, virorum domicilium appellas, Ministri munus cum dignitate gereret. Facto in Urbe quadriennio, ac magna in omnibus sui opinione relicta, Provincia redditus Sacra primum literas interpretatus est Dei, tum Scholastica Theologia placita graviter ac subtilia explanavit, cumulate quae superiorum annorum lapsu de se concitaverat spes. Meritus eapropter, ut qui tum Provincia omnis Magistratum gerebat, cum sibi ante alios eligeret Socium, quorum & onera partiretur, & in cujus Consilijs acquiesceret. Quo tempore omnem quam late porrigit Provinciam pervestigans, nullum erat domicilium, in quo singularis sui in omnes animi, pulcherrimarumq; virtutum monumenta non relinqueret. Quo cum venitarent Mercuriq,

& adamarent, evoluto triennio Collegio Taurinensi Rector ostensus magis quam
datus, anno nondum circumacto jubente Roma Academici Collegij Nostri gu-
bernacula capessivit, volentibus id forte Superis, ut Charitas ejus breve intra tempus
ad plures pertineret. In id enim usque incumbebat, ut ne suam providam & paternam Curam
amoremque ullus desideraret: Sane toto eo tempore, quo Nostris praeerat, illo nihil Co-
mius nihil mansuetius: hac ille mansuetudine plurimorum sibi adjunxit animos
ac illorum fregit etiam, qui alieniores ab se fuissent. Contigit ut asperioris ingenij
Scholastici duo, qua nescio Causa vehementius incensi, obfirmato animo R. P. Valen-
tinum adierint, gravius cum eo expostulaturi: Vix ingressos amantissime salutat
primum, tum comitate illa sua ita frangit utrumque, ut aliud longe, quam proposu-
erant, reverenter edicerent, & in melius commutati reverterentur fassi subinde Sola
Rectoris optimi mansuetudine ab impudenti ausu prohibitos se fuisse. Charitatem sic
ad omnes suam porrexit, ut nemo esset omnium, qui ab eo se unice diligi non crederet,
& cum ferret occasio, non experiretur. Quae cum magna in omnes, tum in eos, qui
cum morbis conflictabantur maxima ac paene profusa fuit. Hos ille adire saepius, piis
monitis instruere, solari maestos, neque ullis parcere sumptibus, dum illorum valetudini
consuleretur; prodebatque argumentis non dubijs, haud minus sibi, quam ijs qui paterentur dole-
re. Pari in egenos, aut alia oppressos calamitate erat animo. Satis constat Vi-
rum gravem, at ob neglectas Officij rationes de honore, graduque suo periclitantem, par-
tim suo, partim aliunde corrogato aere liberaliter ab eo adjutum, et ab infamia, qua
jamjam notandus erat, vindicatum. Solicita ejusdem R. P. Valentini in egenos
pietas, pium legatum Excellentiss. Agriensis Praesulis Palffij, unde studiosorum pau-
perum inopia levaretur temporum injuria deperditum reperit, & quam miserorum infelicita-
te tangeretur, luculente ostendit. Jam eos, quibus proferendi latius Divini Cultus, &
Sacrarum Expeditionum Cura demandata esset, et colebat impense, fovebatque omni studio,
et proprio etiam aere, suo ut munere commodius fungerentur, adjuvabat: saepe sortem
eorum laboresque celebrare, saepe quod ea sibi felicitate perfrui non liceret, pie queri
auditus. Viros de Societate praeclare meritos, cum magnopere & coleret, & observaret, tum
eos paterno plane animo prosequutus est semper, quibus fracta jam laboribus, quos
Dei ac Societatis Causa susceperant, valetudine, quiete ac remedijs opus esset; tantumque
abest, ut domum ijs onerari questus unquam fuerit, ut dicere etiam audiretur
saepenumero: maximam eorum se Causa felicitatem domui sperare. Jam caetera
praestantissimi Viri decora, virtutesque quis pro dignitate commemoret? Ipso e vultu
innocui animi emicabat candor, neque dubia multorum est sententia: primam ab
eo integritatem tumulo fuisse illatam; ab omni certe labecula abhorrebat adeo,
nulla ut induci ratione posset, ut inchoatum mendacio jocum vel dissimulatione ap-
probare videretur. Legum Nostrarum Custos, & vindex acerrimus: nulla fuit, quam
non omni sibi cura sequendam arbitraretur. Postremum aegrotanti cum certum medi-
camenti genus suaderent nonnulli, venturumque ex eo morbo lenimen pollicerentur,
velut commotior: se a praescripto Medici ne latum quidem unguem digressurum aje-
bat, quod ita lege cautum esset. Nullo non die ad premenda Majorum Nostrorum
vestigia lectione Fastorum Societatis sese incitabat, cumque ipse aegritudine afflictus id prae-
stare non posset, alios, id sibi ut non negarent officij genus, quam humanissime
rogabat. Colloquia ejus suavissima erant, multaque et eruditione, & pietate condita.
Mentionem de aliorum naevis inferre illo quidem praesente audebat nemo; idque si
imprudenti excidisset alicui, flectebat sermonem alio, aut abrumpebat. Natura
cum esset praeferuda, eam ita perdomuit, ut humanis affectionibus carere videretur;
vel cum admonendi essent alij, nihil eo erat amabilius: captabat opportunum mo-
nendi tempus, ipsamque admonitionem sic temperabat, ut non exulceraret, sed persua-
deret. Cum vero tot & tam praeclaris perfunctus muneribus magno apud omnes in honore
versaretur, sui tamen contemptor, honorificentissime de alijs et sentire et loqui, de
se tacere in more habuit; Neque tamen ita abjiciebat sese, ut cum opus esset, ani-
mum non induceret timere nescium, & ad quidvis pro Numine, Societatisque bono auden-
dum promptum, nunquam temeritate aliquorum se terreri passus, aut minis, quas non-
nulli bonitate ejus abusi nonnunquam intentabant. Atque haec praestantissimi
Viri decora, ex ea consuetudine profluxisse videntur, qua ille cum Deo, cumque

Cælitibus egebat. Semper illius mens in Deo fixa: nihil ille aggressus unquam quod non prius Superis ardenti precatione commendavisset; Virginem imprimis Matrem incredibile dictu est, qua pietate, quo amore prosecutus fuerit. hanc ille suetis orationibus devenerari quotidie, huic se suaq omnia devota esse velle, hujus ope niti, in hac spem suam collocare. Luculentum hujus in Magnam Dominam pietatis documentum ab ejus morte repertum est: scripta gemina, quibus se illi totum dicatum, donatumq esse voluit. Alterum sic habet: „ Mancipatus Marianus. Sciant omnes illi in quorum manus unquam deveniet hæc Scriptura, quod ego Valentinus Kéri S.J. Religiosus indignissimus me consecrem in mancipium perpetuum Virginis MARIÆ Matris JESU Christi, pura libera & perfecta donatione meæ personæ, et omnium meorum bonorum, ut illa de utroque disponat juxta suum beneplacitum tanquam vera & absoluta Domina. Et quia me indignum agnosco tanta gratia, precor meum Angelum Custodem, S. Joannem, S. Ignatium, et S. Franciscum Xaverium, S. Michaelem, S. Annam, S. Gertrudem &c: ut mihi impetrent a SSma Virgine MARIA, ut me recipiat in numerum suorum Mancipiorum. Et in Confirmationem hujus subscripsi manu propria. Viennæ Austriæ in Collegio Academico S.J. Die 6. Octob. Anno 1739. Tuum o Magna Domina Mancipium Valentinus Kéri S.J. „ Alterum sanguine ad contestandam majorem in Divam Virginem pietatem appicto ad Calcem ardenti corde sui in Mariam incensi ardoris teste atq indice, in hanc eparatum est Senteam: „ O MARIA Mater et Dna mea, ecce ego Valentinus Kéri indignissimum mancipium tuum Cor, Corpus, Animam meam, et omnia mea tibi offerre, tibi servire, te amare ex toto corde desidero. O Mater quis dabit mihi, ut moriar pro te! Maria ne permittas me damnari, sim filius tuus. Hoc tibi amoris monumentum figo, et offero Græcij 16. Februarij Die Sabbati ante Dnicam Sexagesimæ Anno Dni 1732. Indignus Societatis Jesu Scholasticus. Dignum utrumq est, quod nulla consumat vetustas, quod perduret nullo non tempore futurum & magno omnibus ad diligendam toto pectore Magnam illam Virginem Stimulo, et singularis R. P. Valentini in eam amoris argumento. Meritus certe eapropter videri potest, ut tanquam fati sui præscius Sabbato magnam efflaret animam: Nam cum nemo tam eum propere de hac vita migraturum opinaretur, semel, iterum, ac tertio: num Sabbati ea esset dies? rogabat; tum enim: bene, inquiens, mecum futurum est, ea dies omni me liberum molestia repræsentabit. Finijt tertia ac vicesima Julij die Morientium antea præsidijs rite procuratus. Parentatum ei est veris multorum et Summorum Virorum lacrimis; funus ornaturi adfuere septem Illmi ac Rdissimi diversor Capitulorum Canonici vultu ipso, sed magis sermone suum testati dolorem: hos inter Præpositi duo: Strigoniensis & Agriensis. Præstitere idem officium diversorum Comitatuum ac Civitatum Legati, alijque Nobilissimi Viri culturi non minus mortuum, quam viventem coluissent. Vix dicito mortis ejus rumore multi e V. Clero ad Collegij templum accurrerunt pro ejus manibus ad aras facturi. Quin tanta fuit Universorum in illum pietas, tanta de eo omnium opinio, ut diversi etiam Sacri ordines /: quem honorem nisi paucissimis, & maximis Societatis Nostræ Viris delatum non legimus:/ suis in templis publicis ei exequijs funebria persolverent. Nos quod unum potezamus vero dolore mortuum prosecuti, perenne Virtutum ejus, gestarumq rerum monumentum in animis nostris constituimus.

Ordo et fructus Missionis Catechetica
obitæ a P. Francisco Xaverio Abel
ab A. 1760. ad A. 1764.

Domus nostra quatuor annos aluit vestiit Missionarium Catecheticum cujus labores paucis per stationes quas fecit, describuntur.

Anno 1760 dum adhuc Ethicam doceret jussu R. P. Provincialis fecit Missionem Slavonica lingua Tyrnaviae cum P. Josepho Krcho id temporis Concionatore Slavonico. Inchoata est die 5o maji, qui est Sacer Sancto Pio Quinto Fundatori Congregationis Catecheticae, quam propagare haec Missio contra ignorantiam rerum ad fidem necessariarum plurimum adlaborat. Dictiones singulis diebus ternae continuatae sunt sex dies. Instituta Congregatio de Doctrina Christiana, in quam tota fere Civitas qua Slavonica est, adscribi petijt. Instituta est solennis Processio ex foro Civico ad Cathedralem Ecclesiam die 11o ejusd mensis ubi a Praeside Congregatis Illmo ejus tpris Vicario Josepho Szentillonaij /:tit:/ Pontificalibus induto in stallo assistentibus Diacono Subdiacono Caeterisque ministris, postquam ut admitterentur in Sodales dictae Congregatis P. Jos Krcho Slavonica extemporanea dictione perorasset, solenniter eos in congregationem cooptavit. Aderat multitudo, qua major illic nqm visa est, omnia Sacella plena, medium gstipatum nec tamen oes intrare poterant. Fructus Missionis fuit is qui ex Exercitijs aut Missione quacunque maximus esse potest. Fervor excitatus ad discendam doctrinam Christianam.

Circa finem Augusti ita disponente Patre Parhammer cum eodem P. Josepho Krcho itum in Montanam Civitatem Schemniciensem ubi pridie Natae B. Virginis inchoata Missio quinque diebus duravit, dictis in dies singulos tribus dictionibus. In templo S. Catharinae explorati sunt chori tum multitudinem concurrentem sustinere possint. Aderant Catholicis mixti nnulli Haerci, qui interrogati quid vellent? Responderunt veritatem se velle audire apertam, quam a suis nnqm audiunt. Post festum Exaltationis ut satisfieret Windschachtensibus enixe petentibus, eo transitum est. et intra quatuor dies quater in die dicendo Missio absoluta est. In utroq loco erecta est Congregatio de doctrina Christiana, facti ordines et classes per sexum et aetatem. Jucundissimum erat, quacunque ibamus supra in sapis infra in vallibus Trisagion ab omnibus cantari, jam hic jam illic turbam consistere discentium Doctrinam Christianam. Ultimo die quo ad Constantiam animati sunt ex Windschachta et Schemnicio plura quam 14 millia hominum convenerunt. Fructus erat renovatio mentis et voluntatis, sinceras plures millenis generales confessiones.

Initio Octobris suppetias venit transalbos montes P. Joanni Theophilo Delpini inchoanti Missiones in Sancto Joanne, quarum ne ideam quidem se habuisse fassus est. Impensi dictionibus sex dies. Excitatus adeo populus ad discendam Doctrinam Christianam, ut ipsi senes examinare se velle professi sint. Ex Vicina Filiali Szekula dicta huc etiam omnes confluebant

dum e templo redirent, aij in ordine procedebant Decantantes Trisagion. In hac statio
ne accesserunt Austriaci quidam trans Moravam adsti S. Joanni, roganes ut ad eos
venirem; esse ibidem Pagos Slavonicos complures, a quos omnes audiendi sacra missa
rej; quo nomine illis obsequerer illud inter alia faciebat quod essent ex Diocesi
Lasaviensi. Ex Sancto Joanne Stolicium versus est. Inchoata missio 18a
dictem durarunt 8 diebus. insignis multitudo, et par hinc fervor finis in audien
do verbo Dei. Congregatio de Doctrina Christiana tum in S. Joanne tum Stoli
tij instituta. Illud hic permolestè accidit quod multi nimis gnari Linguæ Ger
manicæ coacti nomen dare Germanicæ Congregationi, hac occasione ad Slavo-
nicam transfugerint aegre ferentibus ijs numerum huic Congregaj nimis PP. Capuci
nis. Fructus hic qui in alijs. In festo SS. Simonis et Judæ ferventem oratio
nem habuit Adm R. Dnus Loci Parochus qua missionarios duos huj Aplij ar
fecebat, hortabaturq ut eorum vba sic retinerent, quasi ea ipsorum laborem
tum ore accepta. Capellanum suum devere admonuit, aliud fore ipsius laborem
in futurum, quod ne Catechizet posthac.

Hinc Tyrnaviam Missionarius redijt. Postea vo in festo S. Catharinæ nichoa-
vit Missionem in Ujvarosska oppido subjecto in Parochiæ functionibus Nostris
Leopoldopolitanis. Tametsi summus frigus fuerit, venti adeo acerbissimi
nix alta, in solum ex Arce, ipsoq oppido sed ex vicinis Varijs et Bereg Szegh
copiosissimi homines venerunt. Excultæ sacra missione quinque diebus dicha
ter per diem. Reliqui dies impensi confessionibus. Erecta est hic ē Congre
gatio de Doctrina Christiana, unspiam quantum mihi constat felicius ob Zelum
nostri Patris Curæ Parochiæ habentis. S. Aloysius electus Patronus, cultus
incrementa in dies accipit maxima apud hujatem populum. Solennitatesq in
tanto pompa maxima, sed devotione etiam majori peragunt, Ordo decurialis
hic optime ad hunc usque annum 1764 inclusive observatus ē.

In festo S. Stephani Protomartyris ad sistendum Divo ventum est. Quin
que diebus, per ternas dictiones semper, excultus populus, quo inocentior vix
unspiam reperiri potest, Ad continuandam doctrinam Catecheticam ordines fa-
ctæ, fervorem maximum prosetulerunt ipsi seniores. Hinc in festo Epiphaniæ
Tyrnaviam redeundum erat ut in Bozok agonizanti Patri Administratori
in extremis Unctio adsit.

Anno 1765. In Bozok quinque diebus habita dictiones ad populum vere frigidum. qui
extra diem Dominicum in facile templum accedit.

In Unatin filiali inchoata 12 Februarij duravit 4 dies.

In Czekocz inchoata 26 Febr. duravit tribus dies. In hij duobus pagis
templum nullum est. in Unatin domum Ruskeana magis ad elegit in qua In
stitutiones Catecheticas faceret in Czekoc domum Communitatis. Summo mane
in Castro Bozokiensi absoluta missa ad hos pagos ibat ibiq usq ad vesperam
jam pueros jam grandiores formabat Vesperi ubi fuit dicto solidior ad con-

terenda Wida; Profectus in Wratin egpertus magnâ fructu.

Invitatus Carponâ Missionarius inchoavit stationem 8ᵃ Martij; dictionesq durarunt se diebus reliquud tempus octo dierum impensis Confessionibus. Dñi Serillustris Fürstl Zelus hic maxime elugit, qui copiosos Catechetices libros nomine Civitatis coemit gratis ni populu distribuendos. Hac occasiõ ad fidem Catholicã conversus est Serillustris Dñus Christophorus Szmrecsányi optimæ spei Adolescens, cui Pater Lachammer apud Augustissmũ vexillũ in militiã procavavit. Aderant nõ pauci ex Lutheranis, quod haec Civitas est plenissima, confessique sũ magnus se fructus ni dictionibus his sensisse, sique possent tales sæpiusq audire spunquad itaros ad suos Prædicantes. Erecta est hic Congregatio de Doctrina Christiana. Senatoribus electi officiales, qui omnes optime animati sunt ut ni primo fervore conservent totũ hoc negotiũ.

Post adventũ novi Administratoris Pater Missionarius Tyrnaviã rediit, inde ab Illustrissimo Præposito Ujheliensi evocatus cum R. Josepho Hredo inchoavit Missiõ 18 Aprilis. Dictiones durabant sex diebus, post quos impensi 8 dies ad Confessiones audiendas copiosus populus undique ad hoc Emporium confluens ex Moravia Silesia Polonia, ex Superioribus Partibus, vivens nitens Judæos qualis sit sanctæ Conjicii potest, Cerne per dictiones tam crassa Vespere se se ex fructu magnum retulit. Gratos sibi fuisse hos labores confessus est Illustrissimus Præpositus una cũ suis pretiosissimis duobus Capellanis.

In Wadunicz inchoata est Missio 9ª Maji cum dictionibus ex Confessionibus duravit ad vigesimã ejusdem. Ab hac usque ad 30ª ni Ejus Filiali Drahvez. Seniculus hujus loci Parochus dum interesset Vespertinis dictionibus, se multũ flevisse asseverabat. Illud sibi ñ mediocri dolori esse, quod jam senex ne veller populũ suum adhortari ñ posset, solatio vero esse quod prope sit Ujvároskea, quo populus suus ad devotionem maxime vere ad Confessionem itaret. In Drahocz Zelus Ludi Mgri Laudandus est qui pueros et puellas, quos etiã adolescentes pro quorũ alio Catechetica doctrina instituit animatus sacra missionis dictionibus.

30ª Maji inchoata est Missio in Parochia Felsõ Vásárd octo diez tenuit, quatuor impensi dictionibus. Filiales illius pariter excultæ dictionibus. Alsó Vasard cum Felsõ salva 4 diebus, tribus diebus alsó Atrak, duobus Fornószegh.

25 Junij inchoata Missio in Pastuchow filiali Parochiæ Ritsiniensis. usque ad 3ª Julij producta; ferventissimos se probuerunt in audiendo vbo Dei tametsi jam in proximo hoc Felsõ Vásárd ~~jam~~ plenique dictionibus interfuerint. Ubi etiã rogavimus Missionarium, ut ad eos veniret quibus hoc solatiũ negare ñ potuit. Messis secura finem attulit laboribus Apulej usque post Viidemiã.

In Augusto duos dies ante festũ Bartholomæi vesperi Alsó Diosjenes et continuis duobus diebus eosdem animavit ad amorem doctrinæ Christianæ specimenque cepit quantũ ano hoc in eod profecerint.

19ª Novembris inchoata Missio in Rosenthal, vulgo Rosmidol duravitque ad 1ª Decembris quinque diebus dictũ religui Confessiones audita. Ipsi Seniores gressi sunt gaudiũ quod habuerunt ante obitũ sua ex dictionibus ad salutem tantopere necessarijs. Parochus certe virilis

Licet fractus omnibus interesse voluit, conquestus quod tandem sibi Successorem darent, qui continuaret opus inchoatd a Missionariis.

Post festum S. Francisci Xaverij in Gerentsér inchoata, decem dies duravit, quinq dies insumpti in dictionibus. Negligentid sud notd vicinia tot in audiendo vbo Dei ipsterea quod Vicini Tyrnaviæ eo circa 7as discedant nec hic nec ibi auditurj Concionem Satij compensarunt diligentissima sua presentia, et optime pro posita concepserunt. Inde ibd est ad Silnicz Filialem, ubi exacti dies octo partim in dicendo partim in audiendo. Pro festis evocatus est Missio narius. Szledam ad ~~Capitanum~~ ibidem. Labores evantlarunt. Dictiones & festa duravere per singulos dies, reliqud data confessionibus usque ad 6tam Januarij.

1762 Circa medium Januarij ex colnis eius Lagum Modernorff Novem diebus, quo ex Civitate Tyrnaviensi ad accipiendas Instructiones aliqui veniebant. Hinc evocatus ab Adn Rdo Dno Kerestzuriensi Parocho ad eod Parochiad ministrandd impeditus est ulcere quod in gena sinistra enatd est, et fere totd collid occupavit pro Cura itaque Tyrnaviad discessit moratusque est usque ad Pentecostalia festa. Hinc quia pridie discessit ad Kerestzur ~~Farkashid~~ ibique octo diebus exulcis omnem attentum, hinc transijt ad Matrem Kerestur ibi pariter decem commoratus diej magno solatio A. Rdi Dni. et fructu populi. Certe Adn Rdus Dnus cum vellet dare benedictionem Vrbi venerabili, versus ad populd conversus est, se obligatd fuisse hos inculcare suis plebi, et siquid in hoc deliquisset, Deum sibi mitem tum populd deprecatus est, cum tamen tam miser esset ut vix ad aras adrepere potuisset, Comendauit illis ut hos alte animi impressa nunquad omitterent constanter exercerent.

28 Junij dicta mane in Sacello S. Michaelis Concione ob infirmd Concionatorem discessit ad Majthén et ibi eod mane habuit 2as allocutionem continuavitq; quinque diebus Nobiles illius Loci avidissime audierunt et inter lacrymas confessi sunt talibus se Concionibus indigere. Adn Rdus Dnus Parochus singulariter contestatus sibi magnum beneficium factum ee, quod illius populd ad meliora promoverit Missionarius. Septima Julij Tyrnaviad rediit Missionarius.

Circa initium Octobris discessit ad Parochiad Modrovicensem e Regione Szted die trans vagum. Habet hic pagos 5. in quibus duo Ecclesia Sacellud unud capap. In Modro majori dies decem, cum dictionibus et confessionibus insumpti. In duabus Lehotij tantundem. In Luka in Sacello Familiæ Sandorianæ Labitæ dictiones 4 diebus reliqud Confessionibus datd. Duo dies tributi his Modrovicensibus. Ex Lehotij Ecclesia trans montes ad vallem Nitrianam spectantes, ad locum Podhradj dictum quo jam fama Missionarij peverat. ubi uno prandio egressus illius loci hominej ut Adn Rdus Parochus Zavadiensis eij demandaverit, ut me inviterent, quod illi post aliquot dies fecerunt. Caterud prius ad Hradeticensem Parochiad me contuli rogante ejusdem loci A. Rdo Dno. Ibiq; templd habet duos autem pagos. In Mathe ipso in Decembri 8as Sctæ ipsius inchoavi quattuor

diebus durabant dictiones matutina post vesperas statim id est circa sextam ut cum suis nihil frivi fuerit concionis, ne homines illi qui sese ex silvis vivunt ne impediantur a quaerendo sibi aliquo lucello. Instructiones particulares a meridie, sumo vespere erant solidae dictiones de suis rebus. Homines isti ergo toto adventu facta fuissent similes dictiones 2 manuscriptas, ut ipsi profitebantur. In filiali illius Huorka solum matutinae et vespertinae habebantur in domo minus capacitati, quae tamen una cum atrio, cubina et camera diei adveniens capere 2 plus tam vo gentati fuerant ut me post mensam stante vesperinam praeserint. Ex vicino ejusdem aliique loci huc hominum veniebant. mane dicta dicta ad Hradek redijt pro Sacro, sumpto prandio contuli se ad instruendos parvulos toto tpore pomeridiano diu denique vesperae in vitia deservarent.

Pro festis vivit ad solitos labores peragendos Sztredam.

Post festa pedes 2 montes quatuor horis durantes cum suo puero unoque Duce via transivit ad Podhradj. Locus ita dictus est ab Arce rupi abrupta in posita, ad Dnin Magni Papolczanensis, seu Davarnokiensis pertinente. altissimo loco est pagus sub ipsa Arce, in qua elegans Sacellum Beatae Virginis Mariae pax divini templo pagensi. Ad hoc Sacellum sat longa et impedita nivibus, glacie via singulis diebus mane itabar populus audito Sacro habita dicto. Vesperina eratindomo aditu perampla, cui par atrium accessit. fenestra omnes hominibus obstructae appletae. Instructioni dati diei quinque, reliquum tempus confessioni. Descendit inde Missionarius ad Zavadam Matrem ejusdem sacris veritatibus populus diebus quinque convenientes populo et Filialibus Zahrada et Wolessova dictis, quem etiam ex vicina Parochia Prasicz.

Ante meridiem quadragesimae redeundum fuit pedite per easdem montes ut esset propior Sztredae ad peragendos gravesq labores in festis Paschalibus. Divertitur ivius Moravankam evocatus ab Adm Rdo Dno. Ubi quinque diebus dictus ad populum, in Filiali illius Banka triduo. reliquum confessionibus impensum. Epcopum ad parvulos instruendos stabinam per tres continuos dies ad Duecos duos dies. Demum itum ad festa Sztredam.

Post festa per easdem montes ad Prasicz repedavit Missionarius. Ubi unicum templum duae Filiales. Mater exculta quinque diebus dictionibus cum parente 2 tum ex Filialibus populo sed sere toto Zavadiensi Podhradjensi. Confessio Paschalis ibidem terminata est. Filiales Nemecski, et Twrdomestice 2 sunt neglectae, Parvuli copiosissimi utrobique tribus diebus excolti.

Inde itum ad Parochiam Kis Vendégiensem, habet tres Filiales Novem. Tria templa. Initium factum in Sisov. 4 diebus dictis duraverunt, sicuti hic patuit frequentes Missionis cum hi homines vix his per annum accedant Parochiales Ecclesiae. Post Instructis parvulorum hinc excursum est ad Libicsanos, duos Redek, et onos. Ad Borsanienses Ecclesiae postea factus est ubi ex Comitatu Trencsiniensi, Diaecesi 2 jam Nitriensi magna multitudo hominum convenit tribus diebus dictis ad populum. inde

1763.

concessum est ad Matrem Kis vendégh. quo pariter ut tum e Nagy vendégh Po chabani, Zlatnyk Filialibus, sed ex remotis Comitatus Trencsiniensis locis concursus fiebat. Certe pro ingenti multitudine ex ejus habitu in templo aegre ad elevationem adhiberi potuit hostia in speciem pastae redacta, quatuor dies durarunt dictae. Excursum est ad Zlatnyk ubi parvuli instructi tribus diebus in Nagy vendég duobus.

Pro Pentecostalibus obrigit statio in Nagy Jász. habet haec Filiales quinque, Ecclesias tres. In matre ipsa quinque diebus dictum in templo, in Teszér quatuor in Vithocz tribus. Ex matre excursum ad Kis Jász pro Instructione Parvulorum dum in Teszér fierent dictiones habitavit in proximo Pago Hakasfalva dicto missionarius e quo a meridie procurrebat ad Teszér pro instruendis prolibus. Ex Vithocz excurrebat ad Kuzmicz ubique magno fructu.

Circa finem Junij Adm. R. Dnus Örmenyensis ad se evocavit Missionarium, ubi quinque diebus dictum, Parvuli instituti; confessiones auditae aliquis diebus. Nona Julij contulit se Tyrnaviam.

Hoc anno cum in confinijs Archidioecesis Strigoniensis et Dioecesis Nitriensis versaretur Missionarius; multique alterius Dioecesis homines ad illius Dictiones accessissent, re delata ad Parochos Nitriensis Dioecesis cum per se, tum per missos homines flagitabant, ut eorum quoque populus excoleretur Sanctis functionibus; imo jam ante duos annos Dominus A.R. Urbiciensis duplicem Epistolam in hoc negotio misisset; Jubente Patre Rectore jussus est Missionarius accedere Illustrissimum Coadjutorem Nitriensem, quodque ille definiret exequeretur. Post festum S. Annae convenit Missionarius Illustrissimum Coadjutorem in Lakács commorantem. Cumque causam sui adventus paucis exposuisset, seque ad labores Apostolicos obtulisset, placuit vehementer, et ut secum tribus diebus ibidem maneret imperavit. Multa illic cum Missionario hac re collocutus quomodo Parochi ad studium Catechizandi accendi possint, quae optima methodus, ut in chartam conjiceret, quo ipsum suis Parochis praescribere possit. Commode factum ut etiam Vicarius Generalis adveniret, cui hoc ipsum Illustrissimus de Missionario insinuavit, determinavitque ut a Civitate Nitriensi initium caperet. Inter enim tot Sacerdotes rudissimi e hac, dicebat Praesul, quia nullus est qui faceret catechesim. Jussit deinde Missionarium sibi describere totam seriem et modum missionis. quod etiam factum est. Apposuit ad Chartam seriem missionis duraturae per sex dies, quotidie tres dictiones habendo. Praeterea post hoc tempus occurrente Dominico et festo die binas. assignando horam, de quibus materijs, contextum dictionum cum modica deductione, seu ratione. Placuit summopere, curavitque rescribi nihil se scire, quid omitti, quid addi posset. Ad opus hoc conduxit P. Missionarius P. Franciscum Kozma Adjutorem qui septem continuos Vespertinas de assignatis ipsi

materijs haberet. Libenter hoc Zeli opus acceptavit. Inchoata itaque Ungarica lingua missio Nitriae in Parochiali Ecclesia praesentibus Rdsso Dno Vicario alijsque de capitulo vesperi pridie Immaculatae Conceptae, cum Confessionibus protracta est ad festum S. Thomae. Habitae frequentes Catechetestam publicae quam privatae. Tum apparuit quam esset Nitriae Ungarica vix dimidius populus Ecclesia illa capi potuit. ex halitu hominum guttae ingentes in fornice collectae pluviae instar cadebant, cumque esset tempus catharo obnoxium passimque omnes tussirent, in dictionibus vespertinis ne unus quidem observatus est tussivisse; denique tanquam Angelum audiebant, laudabant gratias agebant.

Hinc Missionarius pro festis Natalitijs contulit se ad Üregh et Slavica lingua quinque diebus fecit missionem. Post novum autem annum in Csapor illius Filiali tribus diebus dictum reliquis auditae Confessiones. Post hoc Tyrnaviam ut jussus fuit redivit.

In medio quadragesimae redijt Nitriam ut etiam lingua Slavica plurimis hujus linguae hominibus serviret. dictiones Matutinae et Pomeridianae habebant in sacello bene capaci S. Michaelis. Vespertinae ob ingentem accursum in templo Reverendorum Patrum e Pijs Scholis. In hunc usum rogaverat Patrem Rectorem ut concederet, quod ille post modicam tergiversationem libenter cessit. Caeterum templum hoc ita absorbet vocem ut solum vicini audire potuerint. Pro festis ivit Missionarius Sellyam reliquos in laboribus paschalibus adjuturus. 1764

Post Pascha contulit se ad Filiales Ecclesiae Nitriensis. Primum in Darázi fecit lingua Slavica, deinde in Gerentsér Ungarica utrobique 4 dies durarunt dictiones. Dde ad alios pagos magis ad parvulos instruendos. Ex ipsa Civitate excursum ad Tormos tribus diebus Ex Könyögh excursum ad Kajszam et Mólnos itidem tribus diebus.

Pridie ascensionis Domini accessit Parochiam Kolonyiensem. et In hac primum Filialem Zire dictam juribus Epi Nitriensis subjectam. 4 dies durarunt dictiones reliquum datum Confessionibus. Pro Pentecostalibus venit ad Kolony ibique 4 dies habuit durabant dictiones. reliquum usque ad festum Corporis Christi in Confessionibus et particularibus instructionibus exactum. Inde itum ad aliam Filialem Csitár ibique tribus diebus sacris dictionibus excultus populus, reliquum confessiones sibi vendicarunt. Post hoc Tyrnaviam redijt

Modus quem tenuit Communiter in his Missionibus P. Missionarius fuit sequens. Pridie festi vel dominici vesperi inchoabat suam missionem a seria et nervosa dictione de cura salutis habenda, vel de fructu sacrae missionis, vel de pretio animae vel simili alia materia. fecit autem hoc propterea ut 1a die ut pote festa hnes alioqui comparituri ad sacrum degustent verbum Dei. Summum sex diebus continuis dixit habendo tres singulis diebus conciones, ubi tm 3 diebus duravit missio quatuor fere vicibus dcebat quotidie. Summo mane circa decimam, circa 2dam circa 7am Matutinae dictiones erant Catechetica materia de virtutibus Theologicis de necessitate doctrinae Christianae. de obligatione huius Xtiani ingre

Prima fere in omnibus Stationibus fuit de fine hominis, quae reddebat hujus fundamentum in aliis singulis ut in exercitijs S. P. Ignatij. Vespertinae erant ponderosissimae veritatis, fereque de terribilibus. De Peccati gravitate de in differenda prae in facile omittebant. Caetera novissima praedicabant ex his sicuti materia. Ultima fere dicebat Catechetica de modo confitendi 2dum 5 puncta in libello Catechetico expressa, ex ante hanc remissa ad Confessionem admissi docti experientia omnes fere videre audita ultima instructione. A meridie particulares Statum obligues exponebant. Separatim virginibus de pretio castitatis, de periculis et remedijs. Adolescentibus de modo bene transigendi hanc aetatem quaenam nempe sint virtutes propriae adolescentum quid praecipue et quidnam cavere debeant. Tum Parentibus de obligatione bona educationis. tum de magno Sacramento Matrimonij, illius laudes cum salutaribus documentis de bonis matrimonijs. Observatum est ex his particularibus Institutionibus plurimum adjutos, et ad generalem Confessionem faciendam homines in tuto rudes sed ex pericliones. Et mihi meliora ex horum auditione facta in futurum proposita. Praecepti 4ti explicatio in intermittitur ubi praesentibus omnibus etiam majoribus, Parentibus exponitur magnum hoc mandatum in fine in majoribus locis institutum est solemnis deprecatio qua Proles a Parentibus et pegnata veniam petebant, irruebant in aqua etiam adulti et Conjugati publicaque facti. Suas inobedientias deplorabant suos Parentum pedes cum lacrymis. quod praecipue contigit Stolitzij, ubi duae turres suas senectam matrem genitu et ululatu agressae ut omnium in se oculos converterent vixque potuerunt a genitu et clamore cohiberi. Nonnulli etiam corpora in proponunt. uti factum Tyrnavia et Lyhelyini ubi statim hos pueros et puellas Patres in suas adoptarunt, alibi Vesticulas curarunt. De ignorantia et ejus damnis cautio remedijs una solida dictio instituitur ubi singulariter praeter reliqua Scholae omittendae. Effectus fere ubique secutus est ut ubi hactenus nulli, vel ipso Missionis tempore ad viginti proles ad Scholas data sunt quod in Stradek oculis suis gaudent Missionarius. in hunc usum distributi sunt majoris et minoris moduli Catechismi et libelli Alphabetarij. Experti Missionarius Congregationis de doctrina Christiana post abitum fere retrogressus, monitu praefectus cujus Veterani Missionarij in multum fidebat promissis Romam quod velint docere pueros. Eodem tempore quo hos habebat dictiones per diem, duas ad parvulos privatas domi faciebat. una mane altera a meridie. hi docebat ex memoriter per Scholas, et quae ad Confessionem communionem spectant. hi simul eos interrogabat, quos observant bene fecisse, illos alijs laudationibus solos interrogabat ut alijs addiscendi. Per eam propriis vicis, qui memoriter dicerunt explicabat laudis affectu, salutaribus optimique monitis, ut finem eum illis fieri praparatum ad Confessionem oraret &c. Accedebant has puerorum instructiones eum adulti, et post discessum parvulorum praesentes examinari. Cum admirare hujus interrogationes quare hoc illos in nostrum Parochi, quibus responsum est illos generare quod hi negligentes sint Parentes quod in mittant proles, illos ea die et nocte paratos ad instruendi. Fassi sunt praefectum circa et citra montes Romanos degen-

tes, se hactenus pecorum more vixisse, et ex toto Christianismo aliud nil scivisse quam aliquando jejunandum esse, aliquando ad templum eundum. Mirabant alij ubi tam profundam doctrinam missionarius didicerit, qui cum audissent hanc rem alibi omnes pueros parvulos scire, magis stupebant. et quod hanc rem a suis tam clare nunquam audiant. In multis locis erecta aut benedicta est crux applicatis Indulgentijs. Quis autem fructus relatus sit facile est conjicere; vere enim pauperes evangelizantur hi sunt maxime capaces regni coelorum. Sublata ubique in omni genere status sexus quantum fieri potuit ignorantia mater multorum vitiorum et maximum salutis impedimentum. Provisum etiam contra ignorantiam futurum subsidium. Rogati quidam scientes legere praecipue seniores ex utroque sexu, ubi Parochia remota est, dato etiam ad hoc libello, ut parvulos diebus festis et Dnicis a maridie instituant, legendo illis ex Catechesi ex prima schola. Parvuli omnes rogati an velint frequentare, promiserunt. Experientia hujus rei facta est in Podhradj, ubi quaedam Morava senex unica fere legere scivit haec rogata ut puellas instruat, quod ipsum et puellae promserunt, dum illac iter haberet missionarius convocatasque proles inter rogavit quantum didicissent, deprehendit felicissime totum Catechismum illas didicisse, atque iterum promserunt contra oblivien quod velint eandem Moravam frequentare. Excitati fervore discere volentium quidam etiam sumptus contulerunt ad libellos illis procurandos, quod praeter Carponensem Civitatem quidam Civis Tyrnaviensis ad duos florenos dedit unde libelli pueris comparent. Excitati etiam adulti ad discendum Catechismum, imo in Pastuchoro publice coram pueris senes matronae petierunt examinari. Ex dictione de gravitate peccati, confessi sunt plurimi se quid peccatum esset penitus ignorasse nunquam se postha velle, imo ne facturos quidem fuisse antea si haec audivissent. Dictio de non differenda Poenitentia cum modo confitendi, maximum fructum retulit. Confessiones fere generales factae et tam ordinatae, ut a peritissimis melioris expectari non possint. nihil addo de sacrilegis seu ob reticeam, seu ob defectum veri doloris et propositi de quo ante se nunquam tam clare audisse fatebant, cum haec materia si fieri possit, tegi debet quam maxime, utinam autem tegi posset, sed tam manifestum est ob defectum instructionis multas fieri sacrilegas, ut homo mirari debeat. Ex memoria novissimorum concepta proposita firmissima, ac prope jurata declinandi non tantum proximas occasiones, sed conatros ut sint quam remotissimi. Matrimonia quaedam legitimo loco reposita, inimicitias sublatas, vitia praesertim damnorum quae Juvenes cum pecoribus inferunt vicinis repressa, increpandi consuetudinem extirpata multaque alia commemorare posset missionarius. Ne plane de luxuria, de infidelitate in matrimonia adferant exempla quae plurima adferri possent

De visionibus sanctarū, quibus minime fidendū videtur, sed cū aspernantur constanter dicerent duo tria vobis referenda. Complures ejus se manifestē admonitas eē ut ad P. Missionarū accederet, et illud peccatū quod tantū tacuisset, illi revelaret. Alia quod videret se totū agrū ex ulcerib⁹ et ad tactū missionarij perfecte convalescere. Omnes quicque confessi sunt Missionario affirmabant tū sibi bene esse ut paratæ sunt mori e vestigio. Interrogarunt alij quare Societas jā prius tles homines misserint, plurimos qui damnati sunt salvandos fuisse. Ex Gelenfalva Soroxū Dacie affirmabat certissimo se nō dormisse sed suis oculis vidisse et auribus audivisse pompam elegantissimā. Primū quidem eminus subsequebatur longa canentiū Hvaty, Hvaty, Hvaty, tum semper clariorem donec chorus elegantissimarū puellarū lectis ornatarū ordinatas per trinas cum una Seniore Matrona eas dirigente apparuit. Mirabar primū quid tū insolito tempore /: erat circa duodecimā meridianā ejus viam sibi vellet hæc processio dū Stupes, accedit Matrona illa Ductrix et dicit Spectatrici illi, si vis nōn iterum videre redi ~~post tres dies~~ pridie visitantij et iterū nos videbis. dumque se aliquā ad pecora quæ pascebat vertit tota scena oculor et aurium disparuit, sensit autem nō se aliqd inexplicabile gaudiū.

Ut breviter dicam de toto opere huc fructus ē fuit in omni genere qui potest expectari. ex Exercitijs S. P. Ignatij ū ex quācque missione maxime. Hanc am missionem Catechetica minus in modū plenique fructi adamarunt quod nōne nō ponat vim in æternis pompis sed sicut modeste sic solennitate venit, ita eā abit, purū vbū Dei amarunt, quā nostri Patres ex S. Francisci Regis sectabāt. Plurimi rogarunt, ut post annū venirent missionarius et hanc recollectionem in hominibus renovaret. Solicite exquirebant discere dominicale per omnes ne aliquis eēt qui nō fieret particeps hujus missionis. Præsertim puellæ annorū 7.8.9. qui tota hyeme ex ostiatis cum cæpis circumeunt per montes ipsa nocte ad domū redyssent sensim exulti, ne cū pecoribus et ipsi pecora fierent. Populi vō huc de hac missione ejus est, ut plenique judicaverint se ætatem peritiores fuisse nisi hæc instructiones audivissent, præsertim cum nō ad aliud pagū pro dictionis eundem fuerit, sed in suo loco, ad eā sunt conditæ, ut nemo vacuus domū diuttāt, ut omnes possint vbū Dei audire, aut siquis vel ob infirmitatē nō potuisset, quærebat quā nō præsens interesse devotioni, rogabatq ut illi rationē audita in Sermone.

Hæc fere sine ordine congessi; sine energiē, sine ornatu, quæ Historico scripto, nō rogo ignoscas.

BIBLIOTH. REG. SCIENT. UNIVERSIT. BORUSSICAE

Catalogus Personarum Collegii S.J. Tyrnaviensis A. 1765.

R.P. Nicolaus Schmitth Rector, Gub. a 15. Oct. 1764.
P. Bernardinus Erber Minist. Praef. Eccl. et San. Fac. Conf. FF.
P. Andreas Zachar, Praef. in Conv. Reg. Archi-Epis.
P. Antonius Horvath, Conc. Dom. Germ. in Cathedr. Praef. Congr. Germ. Praef. Spir. FF. Conf. Dom. Oper.
P. Antonius Jaranyi Prof. Math. Catech. Ung.
P. Antonius Muszka, Cancel. Exam. Jur. Praef. Bibl. Conc. et Ton. Rev. Libr. Cons. 1.
P. Carolus Roth, Decan. et Prof. Theol. Exam. Jur. Cons. 3.
P. Emericus Tolvai, Praef. Typogr. Cons. 2.
P. Franciscus Borg. Kéri, Dir. Jun.
P. Franciscus Abbt Praef. in Conv. S. Adalb.
P. Franciscus Abel Praef. Congr. de Doctr. Xtia. et Catech. Slav. Oper.
P. Franciscus Birsi Praef. in Conv. S. Adalb.
P. Franciscus Halwax Dec. Cas.
P. Franciscus Palma Praef. in Conv. Reg. Archi-Ep. Exh.
P. Franciscus Török Praef. Phil. in Conv. Reg. Archi-Ep. Exh.
P. Franciscus Weiss Praef. Spec. Astronom.
P. Georgius Sartoris Conc. Dom. Slav. ad S. Mich. Praef. Congr. Agon. Exh. 4 Temp. hab. cur. Carc. et Hosp. Oper.
P. Ignatius Finatzi Praef. in Conv. S. Adalb.
P. Ignatius Schmelczer Soc. P. Rev. Libr. Sub-Minister.
P. Ignatius Waxmann Praef. Rhet. et Poet. in Conv. Reg. Archi-Ep. Prof. Ling. Germ. Exh.
P. Joannes Bapt. Nagy Prof. Eth. Conc. et Exh. Quadr. Hung. in nostro.
P. Joannes Földessi Praef. Spir. Men. Exam. Cand.
P. Joannes Gottgeisl, Prof. Phys. Gen. et Part. Corr. Lect. Men. 2.
P. Joannes Illei Prof. Eloq. Sacr. Decan. Ling. Exh. Acad. et Dom.
P. Joannes Molnar Prof. Log. et Metaph.
P. Joannes Sipek Prof. Hist. Sacr. et Prof. Corr. Lect. Mens. 1. Exh. Dom. et Conf. Sem. Gen.
P. Joannes Stipanovich Praef. in Conv. Reg. Archi-Ep. Instr. in Architec. Milit. et Civ. Exh.
P. Josephus Baros Conc. Dom. Hung. in Cathedr. Praes. Congr. S. Crucis. Conf. Conv. apud Ursul. Oper. Cons. 2.
P. Josephus Führer Prof. Rep. Math.
P. Josephus Gullick Praef. in Conv. Reg. A-Ep.
P. Josephus Hegyi Prof. Theol. Exam. Jur.
P. Josephus Kenyeres Prof. Controv. Decan Phil. Exh. Dom.
P. Josephus Krcho Administ. in Bozok
P. Josephus Turjak Praef. in Conv. Reg. Archi-Ep.
P. Josephus Winterl Prof. Ling. Sacr. et Repet. ejusdem Praes. Congr. de Doctr. Christ. et Catech. Germ. dat Puncta FF.
P. Ladislaus Hegedüs Prof. S. Script. Exam. Jur. Conf. Dom. et Sem. Gener. Cleri.
P. Ladislaus Kende Reg. Conv. Nob. S. Adalb.
P. Ladislaus Turoczi Conf. Dom.
P. Martinus Puchperger Trad. exerc. Spir. et Rec. in Seminario S. Steph.
P. Mathias Geiger Reg. Conv. Reg. Archi-Ep.
P. Matthaeus Eisenpeitl Prof. Ling. Graec. et Rep. Ejusdem.
P. Melchior Andreanszki Proc.
P. Michael Horvath Adj. P. Praef. Spec. Astron. Exh. Dom.
P. Nicolaus Benkö Prof. Can. Praes. Congr. Maj. Stud.
P. Paulus Praitz Trad. Exerc. Spir. et Recoll. in Sem. Gener. Cler.
P. Petrus Lipovchich Hist. Dom.
P. Stephanus Novotha Cur. valet.

Professores Inferiorum Scholarum.

P. Carolus Wagner, Rhet. Praes. Cong. Med. Stud.
P. Stephanus Katona Poet. Praes. Congr. Min. Stud.
M. Andreas Lux, Synt.
M. Josephus Gaal, Gram.
M. Philippus Rochl Princ.
M. Georgius Lada Parv.

Theologi 4ti Anni.

P. Antonius Waxmann.
P. Augustinus Puppickhoffer
P. Joannes Nep. Bober
P. Joannes Nep. Fabri
P. Ladislaus Dobai
P. Martinus Takacs
P. Paulus Ribics (Jun.)
P. Petrus Spaics
P. Stephanus Placsko
P. Stephanus Ürményi

Theologi 3tii Anni.

P. Franc. Xav. De Feller
Andreas Grabar
Andreas Horvath
Antonius Kratucsek
Ferdinandus Hartmann
Henricus Schmidt
Ignatius Fehérvári
Josephus Mikoczi Bid. Can.
Josephus Petzler Bid. Theol.
Michael Urami.

Theologi 2di Anni.

Antonius Grasser Bid. Conc. et Jon.
Antonius Reander.
Franciscus Söreß
Joannes Pauer
Joannes Nep. Adami
Ladislaus Váradi
Petrus Fein
Franc. Xav. Clossa

Theologi 1mi Anni.

Antonius Majlath
Daniel Dörner
Franciscus Gulner Bid. Hebr.
Franciscus Vizi
Georgius Bors
Jacobus Rochel
Josephus Hampel
Josephus Ibellacher
Josephus Prausz
Martinus Babics
Matthaeus Panckl Reg. Chor.
Michael Winckler.

Repetentes Mathescos.

David Szabo
Franciscus de Paula Sunberger
Ignatius Wödl
Joannes Kreesmári Bid.
Josephus Nagele Manud. Jun.
Petrus Chombart
Petrus Del Nazure.

Repetentes Linguarum.

Antonius Litsek
Antonius Schedler
Ignatius Höff
Joannes Nep. Zech Bid. Hebr. et Graec.
Josephus Hiemer.

Philosophi 2di Anni.

Ambrosius Komaromi
Andreas Purulich
Andreas Widemann, Bid.
Antonius Bethleni.
Antonius Manczini
Carolus Praun
Franc. de Paul. Steinbeis
Franc. Walitsek
Franc. Xav. Pruder
Ignatius Kuik
Josephus Kreskai
Josephus Szabo Sub-Manud. Jun.

Philosophi 1mi Anni.

Antonius Josika
Franciscus Balási
Franciscus Bruna
Franciscus Muntner
Franciscus Schubert
Georgius Jelenchich
Ignatius Tövéssi
Joannes Auer
Joannes Spisics
Josephus Erdeödi
Josephus Limp.
Martinus Szunics. Bid.

Coadjutores.

Antonius Grätl, Sub-Cred.
Balthasar Grissler Praef. San. Sup.
Bonifacius Fischer Infirm.
Georgius Endres Cred.
Georgius Timanoczi Soc. P. Praef. Typ.
Ignatius Urbanszki Sub-Infirm.
Joannes Winckler Cell.
Josephus Ellinger Coc.
Josephus Würth Praef. Lin. Sup.
Lucas Kolb Sacrist.
Martinus Jaworek Acon. Dom.
Martinus Schalck Acon. in Borok
Mathias Weiss Soc. P. Inv.
Mathias Wischerat Sub-Cell.
Michael Bogadi Juv. Acon. Dom.
Michael Monschein Jan.
Paulus Horvath Disp.
Paulus Thaller Apoth.
Petrus Miller Sub-Coc.
Sebastianus Margreither Sub-Disp.
Stephanus Kelemen Sub-Jan.
Thomas Rösel Soc. P. Prof. Spec. Astron.
Virgilius Gebhardt Sub-Coc.

Sacerdotes	60
Scholastici	69
Coadjutores	23
Universim.	152

H.

Historia Collegii Tyrnav. ad A. 1765.

Numeravit anno hoc Collegium Academicum Socios 152. e quibus Sacerdotes 60. variis scientiis comparandis intenti 69. rei familiaris curatores 23. Quorum praeclaros conatus dum strictim percenseo, meminisse lectorem velim, multo plura ex illis quae egerunt, modesto ab eis silentio pressa fuisse, quam quae mihi scribenda porrexerunt. Numerus Personarum

Ordior a Sacris, quae uti prima sunt, ita principem sibi locum in Annalibus nostris jure postulant. Maximus quem Societas suis laboribus intendere solet, fructus est morum probitas in populo, et in cultu Supremi Numinis fervor. Quem etiam obtinuisse hic socios palam fit, partim ex populi undique ad Templum nostrum confluentis frequentia, in quo a summo mane ad multam diem per aras singulas incruentum Sacrificium non minori adstantium pietate excipitur, quam fervore Sacerdotum immoletur, oblatis decursu anni majoribus Hostiis 21400. Partim ex iis, qui apud nos reatibus soluti, divina dape refecti sunt, quorum numerus ad 46000 pertingit: non annumeratis illis, qui a Nostris ter in anno ad vicina loca procurrentibus, iisdem sacris procurantur. Ex quo Sacerdotum constans in sacro Tribunali patientia, juvandique proximi infatigabile studium elucet. Locus hic postularet ut minutius Sacri Tribunalis fructus recenseam, qui non multi, et magni in tanta poenitentium multitudine esse non possunt: sed cum hoc sanctius sibi silentium vendicet, omnino praetermittendum duxi. Sacramentorum Administratio.

Fervorem tantum in populo excitarunt praeprimis quinque oratores Sacri, qui in tribus Urbis Ecclesiis, quadruplici idiomate magna facundia perorarunt. Qui latine in templo nostro ad scholasticam juventutem quot dominicis verba fecit, complures ad meliorem vitam traduxit. Dominicalis Ungarus in Cathedrali Ecclesia, praeterquam quod a nobilissimo semper tam Civili, quam sacro Paris etiam Pontificalibus fulgente Auditore approbationem tulerit, recensuit dolores Servatoris nostri in Parasceve in eadem Basilica; apud RR. PP. Paulinos S. Josephum celebravit; Sellyae dum Supplicatio Theophorica duceretur, latentem sub panis velamine Deum auditori ostendit; ac demum apud D. Clarae socias abeuntem in caelos Matrem Virginem affectibus prosecutus est, magno ubique plausu. Orator Germanus qui in eodem principe Urbis templo singulis dominicis affluentem copiose omnis conditionis auditorem magno fervore ad virtutem incitavit, struxit etiam panegyricum D. Josepho apud Ursulinas ac grande Mysterium Trinitatis apud RR. PP. Trinitarios facunde exposuit. Qui ad S. Michaelis Slavico idiomate ad frequentem Concionem dixit, ea veteranae eloquentiae suavitate illam tenuit, ut e vicinis etiam pagis ad eum audiendum confluxerint. Honorarius etiam in Patrocinio ejusdem Ecclesiae auditus est. Ungarus qui statis per annum festis, et verni jejunii sextis feriis in templo nostro sementem verbi divini jecit, totum juniorem Clerum, et non nullos e Majorum Sacerdotum Collegio ad se traxit. Illi quoque qui erudita ornabant pulpita, sacra etiam saepius conscenderunt. Socius Astronomo additus ter publice peroravit, triduo antecinerali in templo nostro, in Emöke S. Julium Martyrem digna nobilissimo Auditore oratione celebravit, et S. Claram apud ejusdem instituti Virgines, ubique idiomate Ungarico. Linguae Graecae Professor ter e S. suggestu auditus est: primum dum triduo antecinerali panis Eucharisticus adorandus proponeretur; deinde dum Congregatio Civica nationis Germanicae sub praesidio Virginis ab Angelo salutatae suum princeps festum in templo nostro celebraret; denique dum quaedam caetui Sacrarum Virginum a D. Ursula dictarum adlegeretur, ita institutum hoc commendavit, ut complures nobiles Virgines sacrum ambire velamen inciperent. Praedicatio Verbi Divini.

Professor linguæ Sacræ, bis sacrum pulpitum conscendit: tum dum Bachi feriis populum a consuetis tunc vitiis deterreret, et cum Congregatio Catechetica Nationis Germanicæ Festum Angelorum Tutelarium magna celebritate peragaret. Professor Poeseos angustos sacro ardori suo scholasticos parietes egressus, quinquies in sacram exedram provolavit, ter in templo nostro: Precibus antecineralibus, solemniis Consecrationis Ecclesiæ, ac festo Assumptæ in cœlos Virginis. Sellyæ festo SSmi Rosarii, ac demum festo SSmæ Virginis cognatam suam invisentis in Puszta-Fedémes magno Ungari auditoris plausu, et fructu. His accensendi illi, qui ternis per annum excursionibus ad loca Collegii juribus obnoxia esurientem plebeculam verbi divini pabulo refecerunt.

Conversatio cum exteris.

Neque in templis solum, et in comuni ad virtutem incitatus est populus a Patribus, obitæ frequenter privatæ domus, ac potissimum pauperum casæ, ibique jam extincta annosa odia, jam thori stabilita fides, jam remotæ a recto deflectendi opportunitates, quin ægrisque et pauperibus corporali solatio subventum. Inter hos enim fere limites officia erga proximum in civitate tota Catholica consistunt. Invigilatum tamen, ne quis aliunde a recta fide alienus huc adveniens, talis discederet. Restituti hac vigilantia Ecclesiæ sex: Josephus Neüperger

Ad fidem reducti.

Dantiscanus Calvinista, Carolina Hoffmanin Ehrenhuthiana pientissa, Barbara Herzogin Norimbergensis Lutherana: tres reliqui, quorum nomina non añotantur, Lutherani.

Hactenus cura adultis impensa. Parvulis Doctrinam Christianam in tribus templis triplici idiomate juxta methodum ante Annos septem magno comodo inductam, ea dexteritate nostri instillarunt, ut non remittere, sed augeri fervor discentium videatur. In turmas suas divisi templa adeunt, soleni cantu dominicis diebus triplici lingua plateæ personant, statas solemnitates quique suas magna pietate obeunt. Inductum etiam hoc primum anno Nostris adnitentibus est, ut nullus tyronum opificum emancipetur, nisi a P. Præside testimonium sufficientis notitiæ rerum fidei attulerit. In tribus etiam pagis æstivo tempore plebeia juventus a scholasticis nostris erudita, in quos omnes effusa R. P. Rectoris liberalitas munuscula distribuit.

Congregationes.

Ad conservandam pietatem populi conferunt quam plurimum sacra sodalitia, quorum terna studiosorum, totidem Civium numeramus.

Sodalitas major studiosorum sub titulo B. V. Elisabeth visitantis erecta, supra ducenta capita censuit. Festa sua magno aparatu celebravit, fervor Sodalium tantus extitit, ut eorum alii flagris in se statis diebus desævierint, alii tametsi lautius vivendi oportunitas non deesset, solo pane et aqua dies subathinos exegerint. Ex munificentia vita functorum Sodalium ærarium crevit fl. 55.

Media Studiosorum Congregatio 60. Capitibus definita nihil a priorum annorum fervore iminuit;

Minimus vero teneræ juventutis cœtus sub titulo Natæ Angelorum Reginæ etiam crevit plurimum. Numeravit sub signis 150, e quibus 11. Illustrissimo sanguine prognati, complures alii antiquissima, et copiosa orti prosapia, omnes vero virtute illustriores: quam testati sunt, dum diversis crudelitatis instrumentis tenerum corpus divexarunt, ciliciis induti noctes vigilarunt potius, quam dormierunt, palatum arridentibus bolis defraudarunt, primos, aut chariores fructuum species, anno toto non degustarunt, maxima siti æstuantes in plures horas refrigerium distulerunt, in pervigiliis Magnæ Matris cibo sibi, potuque interdixerunt, noctis magnam partem in precatione, suspensis alte manibus, aut subposito genibus acuto ligno transegerunt, pauperibus sæpe ipsi pauperes stipem largiti sunt. Sed eo cumprimis tempore, quo annuum sex dominicarum cultum S. Aloysio deferebant, singularis in omnibus ardor eluxit: tunc enim laxatis veluti pietati habenis, severius in se animadvertere, arctius oculos a rebus etiam licitis cohibere, ac ita in publico versari, ut non plus, quam

parietibus concluſi viderent. Conſulit ad hoc potiſſimum pia de S. Aloyſio modulatio, quam cœtus hujus Præſes totus et ipse ardens amore Aloyſii, et concinnavit ipse, et indulto ſibi ære typis edidit, et magno affectu in æde ſacra, ac odæo Mariano præcinuit. Statas feſtivitates eximio cum apparatu egit. Principe feſto Natæ Virginis, Pontificem ad aras habuit quempiam e Noſtris Neomyſtam: die Aſſumptæ in cœlos Virginis tyrones in numerum ſodalium adlegit, promotore Illuſtriſſo ac Rndiſſo Dño Stephano Nicolao Jaklin, Electo Epſpo Almiſienſi, oratore Illuſtriſſimo Comite Aloyſio de Batthyan. Feſtum præterea Præſentationis, quod alias vagum per Sodalitates, hoc anno Minimæ obvenerat, uti et Feſtum Purificationis, quod biennio jam, ab avulſo nempe a nobis Juniore Clero cultoribus deſtitutum, ultro adoptaverat, ſolemni ingreſſu celebravit. Erario acceſſerunt fl. 113. Supellectili autem, ſtatua argentea Virgineæ Matris impendio fl. 170. Vienna facta. Xenium ex perpetua munificentia Illuſtriſſimi Rectoris Mariani in ſodales diſtributum: Speculum Innocentiæ, cum Schola Caſtitatis.

Congregatio S. Crucis Civium Ungarorum more ſuperiorum annorum ſacra ſua egit. In acceſſionibus numerat veſticulas elegantes pro miniſtris, ubi et operimentum mortualis urnæ ex holoſerico.

Sodalitas Nationis Germanicæ ſalutatre ab Angelo Virgini devota non minori ſedulitate cœtus privatos, quam publicas ſolemnitates ſplendore obiit.

Cœtus morienti in Cruce Servatori ſacer crevit capitibus 920. Dominicas ſuas, ac cumprimis a Paſſione dictam peculiari apparatu celebravit. Diſtributi in populum catalogi defunctorum cum eleganti effigie morientis Dñi, nondum hic loci viſa 3000. Ad illuſtriorem reddendam aram curatum antipendium, candelabra, Cancelli: ſepulchrum item renovatum: impenſis ad hæc fl. 500. e quibus 100 liberalitate cujusdam obvenerunt. Provocatus hoc ornatu populus frequentior hebdomadariis ſacris aſſiſtit.

Divorum Noſtrorum cultus non minori quam annis prætérlapſis induſtria promotus, et pietate cæterorum frequentatus fuit. Novem diebus S. Parenti Ignatio ſacris initium dedit, et ipſa feſta die ſolemne ſacrificium fecit Reverendiſſimus Dnus Michael Okolicsanyi E. M. S. Canonicus, Abbas B. M. V. de Porozló et Regiæ Tyrnaviensis Civitatis Parochus. Pridie ad Facultatem Theologicam, S. Parenti devotam ſalinam Orationem dixit Peril. ac R. D. Joannes Sidó e Coll. Gen. Cleri R. Ung. Ipſo die idiomate patrio ad nobilem Concionem Sacer Déakienſis Curio inexhauſta ſua in celebranda S. Patriarcha facundia peroravit. Divorum Noſtrorum cultus

Aliis novem diebus Indiarum Apoſtolo dicatis ſolemnia aperuit, et ad aram principem Pontificem egit Illuſtriſſ. ac Rndiſſus Dnus Sigismundus Comes Reglevich Electus Ep. Makarienſis. Encæniarchi Ungari partes præclare ſuſtinuit Sacerdos e D. Franciſci Aſceterio Tyrnaviensi, cum pridie ad Facultatem Philoſophicam huic divo ſacram ſalinum ſermonem habuiſſet Illuſtriſſimus, ac Reverendus Dnus Franciſcus Xaverius L. B. Orbán de Lengyelfalva Sem. Gen. Cler. R. Ung. Alumnus. Continuata hinc a ſtudiosa Juventute, hinc a frequenti populo per decem ſeptas ferias devotio.

Sanctum quoq; Angelicum Juvenem Aloyſium, cui ſacram diem Congregatio de Doctrina Xtiana Nationis Germanicæ illuſtriorem reddidit, ſubſequentibus ſex Dominicis, omnis conditionis, ſexuſq; cultores venerati ſunt.

Nec defuere Divi cultoribus ſuis. Imminutæ, aut penitus ſublatæ eorum intervertu labendi aſperitudines, pax conſcientiis reddita. Cuidam Matronæ jam a medicis deſerta hauſtus Ignatianus ſalex brevi ſanitatem reſtituit: ſacra ejusdem Typſana puerperam ſervarunt. Farina S. Aloyſii cuidam pertinacem febrem depulit, Noſtrorum uni jam omnibus morientium præſidiis procurato porrecta ita profuit, ut poſt triduum domo ſanus exierit. Vota ſex Dominicarum devotio fœminam grandævam prope jam e ſepulchro extraxit.

Exercitationes S. Parenti in quatuor locis avidiſſimo auditori a Patribus tradita. In duobus ſcilicet Cleri Junioris Seminariis, ita diſponente Celſiſſimo Principe, Primate Ungariæ, et Archi-Ep. Strig. Francisco e Comitibus Barkoczi Exercitia S. Ignatii.

in quorum altero ~~altero~~ recens adlectorum, priusquam sacra veste induerentur, mense integro praeparabantur a Patre ad id muneris magno judicio a Societate Delecto, et ab Archi-Praesule collaudato. In altero veterana jam sacra Cohors, octiduo in caepta virtute confirmata ab alio prioris aemulo Sacerdote.

In Asceterio D. Ursulae, quas bipartito agmine excoluit is, qui sermone graeco in Athaeneo locutus est.

Studiosa denique juventus intra Scholarum septa ab eo, qui Juris sacri quaestiones enodabat perpurgata. Fructus ubique qui quaerebatur, secutus est.

Res Literaria.

Sacris Nostrorum laboribus adjungo literarios. Juventus, quae in celeberrimum hoc tota Ungaria Scientiarum emporium nobilissima undique confluxit, numerum 1075 aequavit.

Theologia numeravit Auditores 210. ex his nostri 40. e Clero sive Archi-Dioecesis, sive aliarum per Ungariam et Transylvaniam dioecesium 154. reliqui saeculares. Duas e D. Thoma partes Nostri tuiti sunt septem, e Clero 15. Universam vero praeter nostros itidem septem, e Clero undecim magna laude propugnarunt.

Neque praetereundum hic, quod Facultatis Theologicae Decanus Vir multarum in re literaria palmarum, Posonium ab Excelsa Camera Hungarica-Aulica peculiariter evocatus, in Collegiata S. Martini Ecclesia coram nobilissimo Regni Procerum, et alio frequentissimo Auditore, Orationem Funebrem in laudem Francisci Primi Augusti dixerit, dum eadem piis ejusdem Manibus justa suprema persolveret. Ingenti cum plausu audita ab omnibus, et Authori et Societati magnam laudis accessionem peperit. Typis vulgata avide ubique expetita legitur.

Qui Theologiae praeparabantur erant 78. quorum 42 Clero jam adscripti, sui juris alii: ex his Venerabilis Clerus binos, Cistercienses, et Servitae singulos sibi adoptarunt.

Physica 70 capitibus definiebatur: 12 Nostris, Ecclesiasticis 36, residuis saecularibus. Nostri 12. e Clero 7. duo saeculares positiones Universae Philosophiae sunt tuiti. In fine Anni Societas sibi delegit unum, clerus 10. PP. Paulini duos, Carthusiani unum, plurimos PP Strictioris observantiae.

Logica juncta Metaphysicae erudivit 152. Praeter nostros undecim, Ecclesiasticos 18, omnes saeculares, inter quos Illustrissimi sanguinis duo. Publico specimine ingenium, et industriam in rationali Philosophia probavere sedecim, in Mathesi quatuor. Clero adscripti sex, ad varios Religiosos ordines transiverunt septem.

Amaeniores Musae complexae sunt Alumnos 565. quos inter Comites 10. Barones 16. reliquae nobilitatis flos maximus.

Rhetorica numeravit 62. e quibus 7. Illustrissimo loco nati. Praeterquam quod quater e theatro declamaverit, singulis hebdomadis in confluxu inferiorum Scholarum jam prosa, jam carmine peroravit. Dedit Societati duos, PP. Franciscanis quatuor, Piis Scholis unum, unum item PP. Paulinis.

Poesis 50, plerosque illustribus natalibus ortos in peramplas Patriae spes educabat. Divum Tutelarem sum Indiarum Apostolum non vulgari veneratione, et solemni die, 10 sextis feriis prosecuta. Uno ex Historia specimine, ac ternis scenicis prolusionibus multa auditorum approbatione perfuncta est. Elegiae quadragenis plures non coram inferiorum Scholarum Moderatoribus solum, sed et iis, quos publica hic munia distinent, nunquam sine plausu decantatae.

Rhetorica denique cum Poesi juncta opera, Propempticon typis excusum celsissimo Principi et Primati Ungariae Tyrnavia discessuro obtulerunt, et placuit.

Suprema Gramaticae Classis collectam decursu anni ex Historia, et Dialogis laudem, cumulavit Dramate ultimo, dum ex perpetua munificentia Celsiss. S. R. I. Principis Pauli Eszterházi victores praemiis donarentur. Argumentum Actionis erat Amsaces Hodabendis filius de Osmane Turcarum Duce Victor. Placuit non eruditis solum deductio, et promiscuo etiam auditori multiplex apparatus.

Media Grāmatica Classis præter tentamina ex Authore et Historia, in scenam dedit Anselmum Adolescentem e Matris complexu a quo divelli minime voluit, Richardi pedagogi, ac Dromuli servuli opera Valentiam ad ludum Literarium traductum: quam multo Terentio conspersit.

Infima Classis Idomeneum Cretæ Regem, eversa Troja domum reducem, ac obvium sibi filium ad solvendam voti religionem Neptuno sacrificantem severiore stylo in Theatrum induxit.

Classis Elementaris indefessa Moderatoris sui industria tam literis, quam virtute informabatur. Festum Jubilæi sui S. Angeli Custodis solemni ingressu celebravit. Præter Historicum tentamen, in Theatro lusit Adonidem, Alphæi Autoris sui opera de natu majoribus fratribus Victorem, seu ab implexionibus scite evolutis, seu Plautianis, Terentianisq; salibus multum cōmendata.

Oeconomia. Res familiaris, tametsi sterilis hic annus et messis, et vindemia prope dimidium fructus imminuerit, damna adhæc non modica per insolitas rivos, secutasq; ex illis eluviones intulerit, solicita tamen Capitis domus, suorum cōmodis unice intenti cura, ac eorum, quos rei hujus adjutores habet industria, strenue promota est, curatumq; non solum ut domestica sed sacra etiam supellex sua capiat incrementa.

Ecclesia nostra Præfecti sui industriæ debet Hierothecam, quam exponendo palam Numini Eucharistico olim P. Ladislaus Sennyei, et P. Martinus Szentiványi dicerunt, sed temporis vitio multum labefactata est, nitori suo restitutam, novoq; inductam auro. Bina item Candelabra ternis diducta brachiolis appendentia argenti marcas sex, et quatuor supra decem semuncias: tum velum sericeum album aureis denticulis instructum: sex, ut ut e ligno, eleganter tamen effictas in cruce suffixi Servatoris effigies, totidem aris imposi-tas: pluraq; alia a vetustate repurgata.

Templo Sellyensi accessit novum sepulchrum Domini, sampas ad aram majorem, elegantes item aliquot icones.

In pago Hosszufalu nostri juris, excitatum a fundamentis, cum nullum antea fuisset SS. Triadi templum, magna concurrentis vicinæ pietate in festo S. Theresiæ Dedicatum.

Domi vero interni parietes nova calce illiti, porta domo tota majores minoresq; oleagino colore tincta impendio 200 fl. Quo factum, ut jam pulchriorem ingredientibus speciem Collegium ingerat, quam cum primum constitit. Nova stannea supellex Triclinii, et Culinæ septem centenarios appendit.

Nec Nostri solum, sed futurorum quoq; cōmodis prospectum voluit R. P. Rectoris provida solicitudo, qui observans in horto, stella dicto senescentes jam filias solem transmittere, aliam in vicino stellam, plantatis multis centenis filiolis, similem ei, quam a majoribus acceperat, posteritati restituet.

Sellyæ duæ domus a fundamentis erectæ, altera faciendo, distrahendo alia pohi servitura. Effossa piscina, cui aquam intumescens vagus affundit, in qua octo jam piscium natant millia.

In prædio Albanensi assurrexit horreum capacissimum, cujus superiora conservando grano coaptata, impendio fl. 3000. Aucta vinea, pecus Helveticum introductum, hortus fructiferis arbusculis consitus, et asseribus cinctus, Renovatum autumnalis domus, et adsito sacello turricula lamina vestita, est adjecta impensis in hæc fl. 950. Cellarium novum auctum vasis majoribus 10. capientibus universim urnas 2000. Denique in pago Szerdahely horreum novum fl. 500 curatum.

Regio-Archi-Episcopalem Convictum incoluere 108. e quibus Nostri 11. Comites 12. Barones 11. reliqui inferioris, aevitæ tamen Nobilitatis omnes. Moderatores quaterni cōmunitatibus, sex alii privatis Hemlis præfuerunt. Nihil ab his prætermissum, quod ad formandam seu in moribus, seu diversis disciplinis eam Juventutem, in cujus olim consiliis Patriæ felicitas consistere est, pertinebat. Convictus Regio-Archi-Episcopalis.

Præter ~~et~~ ordinarias et comunes aliis scholasticas exercitationes, magna sui comendatione pertractatas, cujus rei argumentum est, quod ex dramate ultimo quinqueginta præmia Convictores domum retulerint: erudiebantur etiam ad eas artes et disciplinas quæ nobilissimam juventutem ornant: quarum specimina coram certatim venientibus a longinquo etiam hospitibus exhibebant. Spectabilis Herulus Franciscus Sauska de Schomberg tentamen physicum; Frater ejusdem Christianus Sauska e militari archi-tectura cum plausu sustinuerunt: e rationali Philosophia quinqs expediti ingenii laudem consecuti sunt. In Rhetorica Illustrissimus Comes Aloysius de Batthyan privatæ diligentiæ, cum in publicis actibus primas semper tenuisset, specimen editurus, sub finem anni tentari voluit ex Historia, Geographia, Re numaria, et Heraldica, coram Illustrissimo auditore scientiæ, eruditionisqs tam multiplicis stupore defixo. Supremæ, Mediæqs Gramatices Classis alumni Geographicas, Historicas, et implexas Arithmeticæ quæstiones mira facilitate, et promptitudine dissolverunt. Ex infima classe Illustrissimus Comes Joannes Nep. Eszterhazi de Csesztnek universæ Geographiæ loca, magna spectatorum admiratione designavit et historica narratione illustravit. Nec Theatra siluerunt. Primum spectandum dedit Stephanum V. id nominis Regem Ung. Patri suo Belæ IV. post gravissima dissidia reconciliatum idiomate patrio, cujus hæc suma laus, quod celsissimum Principem Primatem Ung. spectatorem, laudatoremqs habuerit. Iterum, cum secundis Josephi I. nunc Augusti Himeneis gallico sermone nondum hic loci audito aplausit. Res et novitate, et scenæ magnifico aparatu, et peregrini sermonis facundia, ac elocutione, ita confluentibus non Tyrnavia modo, sed Posonio etiam Illustrissimis Spectatoribus probata fuit, ut ejus fama permotus Excellentiss. Agriensium Præsul sumptus liberalissime obtulerit, ut typis vulgetur. Inter accessiones numerat tres virides tabulas 376 fl. Viennæ factas; Vestes Comicas elegantes fl. 120. Libros item varios fl. 60. procuratos.

Convictus S. Adalberti.

Alter Nobilium Convictus a S. Adalberto dictus censuit alumnos septem supra quadraginta, omnes in pietate, literis, ac aliis artibus jam inde a reddita Societatis curæ domo introductis adeo exercitati, ut ipsius Venerabilis Archi-Capituli testimonio, nihil a bene cæptis remisisse, quin continuo nova incrementa capere, sumis etiam Regni Proceribus, non abs ingenti Sociorum ibidem desudantium comendatione inotuerit. His moti complures Illustrissimi, proprii æris impendio filiis suis contubernium istud procurarunt, alii angustiis domus se exclusos doluerunt. Observavit id ipsum in Cliente suo Eminentissimus Cardinalis Vienensis, quem cum duorum annorum spacio in hac domo probe literis, ~~pro~~ virtutibusqs excultum videret, alium pervetusto Comitum sanguine ortum Adolescentem Brixia huc mittendum Illustrissimis Parentibus persuasit. In accessionibus ponit reparationem domus, qua decori publico, comodisqs Juventutis consultum est.

Elogia defunctorum.

Superest ut vita functorum laudes, prout eæ inotuerunt memoremus.

P. Ladislai Juroczi.

Primus quem anno hoc extulimus erat P. Ladislaus Juroczi Vir Provinciæ nostræ primis merito adnumerandus. Ungvarini A. 1682. 28 Maji natus Patre Michaele Juroczi e conspicua inter Ungaros Nobilitate, et Provinciæ Ungvarinensis Vice-Comite. Spretis generoso animo, quas tum jam habuit, tum plurimas sperare potuit mundanis rebus, in Societate nostra uni Deo Servire constituit: ad quam facilem ei aditum jam tunc elucescentes dotes aperuerunt. Hanc igitur Trenchinii ipso sæculari anno 1700 ingressus, cujus eo biennio virtutis fundamenta

jecerit, per totam reliqua vitam ostendit. Audito per triennium, ac propugnato vienne Aristotele, juventutem in pietate, ac literis informavit annis quinq. Quo tempore qua esset de illius probitate gravissimorum Patrum opinio, testantur inventa a morte schedæ eorum inscriptæ nominibus, qui jam tunc potens Magistri Ladislaj apud Supremum Numen patrocinium efflictim flagitarunt.

Theologia partim Vienne, partim Tyrnavie audita, ac propugnata, Recessii tertium probatus severioribus tradendis disciplinis admotus, has ipsos tredecim annos seu Cassovie, seu Tyrnavie magna doctrine, eruditionisq laude ad posteritatem etiam transmissa explicuit. Complures enim ingenii, et industrie sue partus, et dum tenere juventuti præesset, et dum severiora studia tractaret, typis edidit. Quorum hic syllabum serie annorum subjiciam.

1. Lilia in virgineas amoris sancti flamulas ad Castalias Parnassi Tyrnaviensis undas explicata. Carmine Elegiaco, et Epigrammatico. Tyrnavie Typis Academ. 1709. in 12.

2. Sanctus Ignatius Literarum Instaurator: Panegyrico celebratus. Tyrnavie Typ. Academ. 1714. in 12.

3. Ignatius Literas pietate illustrans: Panegyrico celebratus. Tyrnav. Typ. Acad. 1715. in 12.

4. Stratagema Martis Hungarici. prosa Historica. Tyrnav. 1716. in 12.

5. Gemmæ Latinitatis ex Horatio Tursellino S.J. aliisq quam plurimis a Rhetorica Cassoviensi selecta, progs facillimo Latinitatis amantium usu ordine digestæ. Cassovie Typis Academ. 1716. iterum Tyrnavie eodem, et 1737. in 12.

6. Comitia Regnorum, ac Provinciarum Ungarie in Palatio Reginæ Eloquentiæ celebrata. Prosa Oratoria. Cassovie Typ. Acad. 1717. iterum Tyrnavie 1718. in 12.

7. Ecclesia Catholica toto terrarum orbe de Idololatria, ~~et~~ Hæresi et Schismate ab suo ortu ad nostra tempora triumphans. Tyrnav. Typ. Academ. 1717.

8. Arithmetica vetus nova methodo explicata, et eruditionibus illustrata. Cassovie 1720. in 12.

9. Annus Secularis Ignatii de Loyola, et Francisci Xaverii e S.J. in Sanctorum numerum relatorum &. Dictione celebratus. Cassovie. 1722.

10. Liliolum Aloysianum olim ad D. Ignatii S.J. Conditoris Manresam plantatum, ac erratum. A. 1726. pridie kal. Janu. a SS. D.N. Benedicto XIII. Summo Pontifice Romæ ad D. Petri Apostolorum Principis magnis religionibus consecratum: Hodie ad D. Joannis Bap. Tyrnavie adumbratum, dum Divinis beneficiis gratiam referret, et S. Aloysio Gonzagæ S.J. in Divos relato, primis Sanctorum honoribus sitaret Academicum ejusdem Societatis Collegium A. 1727. Pridie kal. Septemb. Tyrnaviæ Typ. Academ. in folio.

11. S. Aloysius Gonzaga de Marchionibus Castilionis: S. Stanislaus Kostka de Proceribus Massovia S.J. Heroicis facinoribus ac beneficiis par nobile Fratrum nuper in numerum Sanctorum relatum, jam vero ab alma Universitate Tyrnaviensi S.J. solemni ritu cultum. Tyrnavie 1727. in folio.

12. Ungaria suis cum Regibus compendio data Topographica, et Historica descriptione. Tyrnaviæ 1729. in folio.

Regimini post hæc admotus, Seminario Mariano Tyrnaviæ Regens septennio, Novis Quinq-Ecclesiis Rector, ac Superior Agriæ ita præfuit, ut pulcherrima de se moderationis, paterna prorsus solicitudinis, expediti in arduis consilii documenta dederit: iturus haud dubie

per maxima quoq; Provincie munia, nisi his Viri dotibus Societas alibi opportunius uti maluisset: formandis nempe illis Patribus, qui terrium pro: bati publico praparantur, a quorum recta institutione comunitatis totius felicitas, et magnorum moliminum origo dependet.

Arripuit hoc munus Neosolii eo avidius, quod et laboris fera: cissimum, et a mundanis curis, solatiis, exterorum plaeribus esset quam remotissimum. Hic secum reputans quanti res ea esset momenti: formare scilicet viros: Rectores Collegiis, Cathedris Doctores, Sacris Pulpitis Oratores, arcanis Tribunalibus Judices, hæresum extirpatores: magnis animis, Deo fretus, cui unice inniyus erat, opus agressus, per annos quindecim eo suc: cessu prosecutus est, quem Provincia, prestantibus ex illius disciplina Viris referta, suspexit, gavisaq; est, se magna sui parte P. Ladislai spi: ritu animari. Id vero tanta Dexteritate, et amenitate prestitit, ut cum graves plerumq; esse soleant morum censores; ipse et amaretur ab omnibus, et summa esset veneratione. Ei penitus noscendos se se, regen: dosq; committere, ejus consiliis, et sincero de rebus gestisq; judicio, agen: da statuere, acta censere decreverunt. Unde factum, ut nullum non absterris, quos attulerat naris, nullum non novo ardore succensum, sed nec ullum alienato animo a se dimitteret.

Hæc agenti obrepens senectus vires imminuit: unde Tyrnaviam ad regendum nostrorum spiritum translatus locum mutare, non labores visus est. Certatim ad eum omnes, sed prepimis juventus nostra concurrere, cum eo de rebus anima fidentius agere, arcanas Conscientiæ latebras omnes denudare caperunt: ab illo dirigi, ab illo consilium, et solatium capere studuerunt. Idq; tam constanter, ut cum ante quadriennium hoc etiam onere liberandum Superiorum charitas ob fatiscentes jam nimium vires, judicasset, pars major Domus ab eo non recesserit, gestus ille non minus, ac antea totum se impendebat.

Regs domi nostræ tantum hæc erat de illo opinio. Multi ex: terorum seu coram, seu per literas cum eo de gravioribus, et intricatis rebus agebant, ac quæ edidisset amplectebantur. Provinciæ etiam Præsi: des illius in ambiguis stabant judicio. Dignus quoq; visus est, qui ad Provinciæ Comitia Viennam A. 1756 privatus evocaretur. Ipse Cel: sissimus Princeps Franciscus e Comitibus Barkoczi Archi-Ep. Strig. quanti virum ab eo tempore fecerit, quo in tenera ætate eo conscientiæ arbitro usus est, palam fecit, cum ad nos inviseret: prima fuit de P. Ladislao interrogatio, prima in conclavi proprio salutatio, et proxima accumbenti sedes.

Sed enumerata hactenus P. Ladislai ornamenta, illa sunt, quæ in alios derivabantur. Quis vero in se fuerit, attingam potius, quam enar: rabo: certe vel intuentibus se pulcherrimam multiplicis virtutis speciem ingessit: Religionis in Deum, quæ in unum spirare, unum loqui videbatur: illum præ oculis semper ut ipse habuit, sic habere omnibus frequens com: mendabat. Plena sunt vehementissimis ad reverendum tantum Numen, eiq; toto animo famulandum cohortationibus illius copiosa manuscripta, quæ hum Neosolii, hum Tyrnaviæ nostris prælegebat, quas ita promebat in publico, ut ex intimo affectu, et plus quam humana voce loqui videretur.

Numen Eucharisticum ut frequenter, ita ferventer adorabat: avelli ab ejus præsentia vix potuit, cum infirmo passu eam subiisset. Unde incru: entum Sacrificium cum pro debilitate et oculorum hebetudine ad horam etiam extraheret, omittere non voluit, tarditate membrorum ad longiores affectus, et amplexus servatoris sui usus. Matrem Virginem tam tenero prosequebatur amore, ut non ipse de ea loqui, non alios audire sine suavissimis amoris lachrimis sustinuerit. Dum capita hujus argumenti expendenda proponeret, non nisi fracta, et tremula voce,

prespediente sonum affectu, id exegerebatur. A Tyrocinio Mariano, ad usqs susce-
ptos Sacros ordines officium de Imaculata Virginis Conceptione quotidie
persolvit: corollam vero omisit nunquam, cum hac collo imposita lectum
petiit, etiam mortualem. Audibus non semel optare sibi, ut die quapiam
illi sacra mori liceret. Alios peculiariter electos Divos, peculiari cultu
venerabatur: S. Angelum Tutelarem, SS. Societatis nostre, quos
editis etiam libellis demerebatur.

Votorum exactissima observatio in eo eluxit. Paupertatis rigor tantus
ut nihil a morte inventum sit, quod non modo alliceret aliquem, sed quod
sumere ultro porrectum vellet. Virtutem Angelicam continuo affectandi
sui ad mortem usqs studio sepsit: vel dum cibum sumeret, senile tergum
nunquam reclinavit, ante finitam sacri Codicis lectionem nihil degustavit,
etiam hanc, cum hanc longius ~~differ~~ differri oporteret, et ne cessare ab ac-
cumbente observaretur, industrie se occupabat. Immissos quoqs sibi dolores
tam patienter tulit, ut illos sustinere ignoraretur. Certo enim temporibus,
quod postea compertum est, Pollicis, Indicisqs utriusqs manus acutus
redibat dolor, subsequente humore, cui ille non modo remedium nullum
adhibuit, sed tectis manibus etiam celavit. Ad nutus Superiorum prom-
ptissimus, de illis sinistre loqui, aut audire, nunquam sustinuit. Si quis enim
hos sermones intulisset, aut aperte abrumpebat, aut defixo in terram ob-
tutu et ad severitatem compositus, abrumpere cogebat eos, qui coeperant.

Haec tamen tot ornamenta cum omnes in illo suspicerent, solus
ille in se non vidit, omnium vilissimus, et inutile pondus haberi voluit.
De se, suisqs rebus nunquam sermonem inhibit: quin ne tempora quidem
praeterita fluentibus, quod non pauci respectantes se ipsos faciunt, ante-
ferebat.

Secunda Februarii, Festo nempe Purificatae Virginis sub noctem,
ut optaverat, seni hemiplexia tentatus, omnia morientium praesidia expe-
tiit, et suscepit. R. P. Rectori, et in eo Societati grates egit, quod se
tamdiu, tam amanter toleresset. Tum sibi Psalmum 85. Inclina Dne
Aurem tuam, et exaudi me &c. praelegi petiit, ad cujus singulos versus
imbrem lachrimarum cum gemitu fundebat, ut per horae quadrantem
vix duo, tresve versiculi pronunciari possent: atqs sexto die infra octa-
vam ejusdem festi inter calentissima suspiria, qualem diu optaverat,
mortem oppetit.

Alterum tertio idus Augusti apoplectico extinctum fulmine primo C. Stepha-
reperimus Charissimum in Xto Fratrem Stephanum Kelemen, Adju- ni Kelemen
torem ad legum nostrarum rationes praeclare compositum. Quinto nonas
Maji A. 1704. Sellyae natus, aditum ad Societatem invenit Tyrnaviae,
quam ubi Trenchinii A. 1736. ipsis Kal. Decembribus ingressus est, nihil
tam erat arduum, quod virtutis causa refugeret, magna ad ejus cul-
men sedulitate conisus. Factum eo, ut sive quadriennio Tyrnaviae, seu
Quinqs-Ecclesiis sexennio, culinam, atqs ibidem collegii januam admi-
nistraret Biennio; sive dein promi munere biennio fungeretur Agriae,
ac nusquam Tyrnaviae uno, Szakolczae autem novem ipsos annos rem
familiarem procuraret, seduli ubiqs fratris, pii, et cui princeps semper de
virtute cura esset, laudem ferret. Infractis jam viribus, Janitori apud
nos comes additus, quem non aliud auditus est, ac quod suae illum inve-
diae laborare non sinerent. Non tamen cessantem eum vidimus:
dies prope totos choro affixus, votis ardentibus pro se, atqs aliis Superos
Deprecabatur: dicere auditus, nihil se tam cupere, atqs ita, ut erat nixus
ante aram genibus efflare animam. Certe quam mortem non vereretur
ultimis vitae diebus luculente palam fecit, cum rogatus a Medico,
num quid desideraret, pulchre ad omnes exemplo, nihil se, ajebat, praeter
Deum cupere, hunc sibi deesse unum, huic se adjungi velle. Nec
voti damnatum, paulo post extinctum, dubitamus.

BIBLIOTECA

ANNUAE
COLLEGII
TYRNAVIENSIS
1711.